Statuta
Ciuitatis
Castelli

XLV.

Incipit

...

In quibus casibus poss...

Statuimus et ordinamus quod ... rector uel officialis dicte Ciu... super malleficiis possit teneatur ... ex officio suo uel per denuntia... dicte Ciuitatis uel sindicos ... Ciuitatis de omnibus et singulis ... in dicta Ciuitate uel comitatu ... remotis hodio amore prec... humana gratia et receptos ... punire secundum formam statutorum et ... statuta non loquerentur secundum ... beratione dicti iudicis quod ... non esset in dicta Ciuitate ... potestas qui pro tempore erit ... inuestigare de commissis ... uel de inuentis ut dictum est ... non possit et de malleficiis quorum ... decet cepisse cognitionem ...

Infra quod tempus possit

Item statuimus et ordinamus quod ... uel delicto de quibus supra ... Judex mallefitiorum teneatur cognoscere ... de omnibus et singulis malleficiis ... ac etiam toto tempore sui offitii ... cognitum uel decisum de homicidiis ... furtis et falsitatibus cognoscere ... et de commissis malleficiis computa...

...

omissis cum annum Marchionis dicti
cognosci non possit vel aliqua
a dicta die citra nisi de arbitrio usque
per cives vel civitatenses et
civitatis vel civitate vel officii
nosci non possit civiliter nec cri
cives et civitatenses qui non
cognosci civiliter et criminaliter et
nisi de arbitrio cum iure quodam
civiliter et criminaliter secundum formam

nisi ad xviii diem in electione
de iure vel cives [illegible] [illegible]
possit cognosci tamen per cri
minaliter arbitrio potestatis et
commissis non iure cives et
a [illegible] possit cognosci
criminaliter et capitaliter secundum
[illegible] statuti de commissis non
a dicta die xviii

possessionis officii de ipso in obedientiis

potestas vel sindicus maior dicti
et valeant de ipso in ponere cri
[illegible] parvolis et equalis inter usque
[illegible] dicti potestas vel alter
[illegible] non usque in [illegible] solidorum
[illegible] parvolis et equalis [illegible]
valeat per aliqua in obedientia
persona nisi tantum secundum formam
[illegible] penas citra secundum [illegible]

in maleficiis.

et quod quilibet possessus in [illegible]
[illegible] et de [illegible] facere
maleficiorum de [illegible] et offensis
[illegible] vel in rebus et citra [illegible]
[illegible] patrem et avunculum et [illegible]

Ut quilibet teneatur prosequi accusationes

7 Item statuimus et ordinamus quod quilibet teneatur et debeat prosequi suam accusationem
accusationem seu denuntiationem quam de aliquo fecerit infra terminum
sibi assignatum per iudicem qui habet cognoscere de predictis pena et banno
[...] ß. den. pro quolibet accusato. Et quod si quis calumpniosam vel falsam
accusationem vel denuntiationem fecerit de aliquo condempnetur in eadem
pena in qua condempnari deberet talis accusatus vel denuntiatus
si dicta accusatio fuisset denuntiata vera et probata esset. Et non intelligatur
accusatio seu denuntiatio falsa vel calumpniosa ex hoc solo quod non
sit probata vel accusatio fuit denuntiata prosecuta.

Qualiter procedatur contra contumaces in malleficiis

Statuimus et ordinamus quod si potestas vel alius habens iurisdictionem c 4
super malleficiis procederet contra aliquem accusatum denuntiatum vel in-
quisitum debeat procedere hoc ordine videlicet quod primo citari
faciat accusatum denuntiatum vel inquisitum per baylum curie
in cedula continentem effectum malleficii de quo accusatur vel inquiritur
et personas et nomen iudicis coram quo citatur cum termino competenti
ad se excusandum et defendendum ab accusatione denuntiatione
vel inquisitione et continens in eadem cum predicta vel formata
et debeat citari personaliter vel ad domum habitationis vel ad domum
in qua moram fecerit facere consuevit. Et si fuerit forensis
qui non habeat habitationem in civitate vel comitatu tunc citetur
cum dicta cedula ad petronem curie et semper cedula dimittatur.
Et si talis persona citata non venerit infra terminum citationis
tunc citetur per preconem in scalis palatii potestatis vel alterius
rectoris qui de tali malleficio cognosceret ad sonum tube et ad
domum habitationis talis accusati vel inquisiti si erat de civitate vel
habitaverit in civitate. Si vero fuerit de comitatu vel forensis vel
non habitaverit in civitate tunc fiat citatio in dictis scalis et in
petra curie. Et assignet eidem talis preco terminum decem dierum
ad comparendum. Et si infra dictum terminum non venerit postea
vel alium ponatur in bannum ad sonum tube de civitate et
comitatu castelli in pecunia si fuerit malleficium de quo deberet pecuniariter condempnari

2v

alia cognita per offensis eorum et non aliis et de dicta denuntiatione
et accusationes possit facere infra duos menses a die perpetrati ma
lefitii computandi, solummodo. post duos menses vero non recipiantur
accusationes et denuntiationes predicte si facte non fuerint ut dictum
est, et que dicta sunt de accusationibus faciendis infra duos menses
eorum intelligant et locum habeant in malleficiis perpetratis in personis
hominum et personarum offensarum eorum. Excepto homicidio de quo et
de aliis malleficiis perpetratis contra personas offensas possint accusa
tiones fieri et denuntiationes per personas supradictas per quinquennium
continuos, hoc etiam salvo quod de homicidiis tradimentis tra
dimentis furtis robariis et falsitatibus cuilibet sit licitum accusare
et denuntiare, quas quidem accusationes et dictas omnes et singulas
fiendas et faciendas ut dictum est teneantur potestas et judex malleficiorum
qui cum eo erit recipere et omnia et singula ipsa facere necessaria et
opportuna facere, ita tamen quod judex et notarii malleficiorum recipiant testes
et de accusationibus et testibus copiam fecerint si a partibus fuerit petitum
ab ipsis vel ab altero ipsorum, et infra terminum ... dies continuos post
incarcerationem a partibus prestitum teneantur et debeant potestas sententia
re super ipso facto in consilio generali non obstantibus aliquibus
et valeat et teneat ipsa sententia que lata fuerit presentibus partibus
et absentibus citatis et non citatis etiam si nullus comparaverit
fuerint presentes dummodo non modo in sententia adsint que adesse debent
ad penam centum librarum denariorum, et potestas et judex malleficiorum teneantur
ipsas sententias exequi recuperare et punire ut eis adesse
vadant pro bonis ipsorum et fideiussoribus eorum Et si potestas et judex
negligentes fuerint in predictis et predicta non fecerint de eorum proprio
salario et feudo condempnationes ipsas solvere teneantur, forensis
aut non possit accusare aliquem civem vel comitatensem nisi
de sua et suorum iniuria tantum.

Infra competens tempus debeat expedire processus et de eis sententiare.
Item statuerunt et ordinaverunt quod dominus potestas et eius judex malleficiorum teneantur et debeant omnes et singu
los accusationes diffinire et sententiare infra triginta dies a die initiati processus et comparu
xxx. dies a die facte excusationis ~~ad quodlibet teneat possit accusare~~
per subsequentes ~~et teneatur~~ processus non pendentes
terminare infra triginta dies a die assignationis Et teneantur et debeant dictus dominus
et sententiare super ipso processu in consilio generali de eo non obstante quod aliquis pars non
fuerit ad audiendum que sententia sit lata valeat et teneat presentibus partibus vel absentibus cita
tis. et dicta sententia assistat alia que ad predicta sententia recipiuntur Et si potestas vel judex
negligentes fuerint pena centum librarum condempnentur

et si fuerit malleficium tale quod veniret condempnandus in persona pro
nature in banno in persona, et assignetur sibi terminus
terminum decem dierum ad comparendum et se excusandum et defendendum
quo termino elapso potestas et quilibet alius officialis qui habet
huiusmodi iurisdictionem possit dictum talem denuntiatum inquisitum
seu accusatum condempnare secundum formam statutorum talem contumacem
et talis contumax habeatur pro confesso et convicto, possit tamen
talis contra quem procedatur per viam accusationis denuntiationis
vel inquisitionis quandocumque ante sententiam non obstante termino
banni elapso se comparere et se defendere sive fuerit citatus personaliter
sive domi. Et si sententia fuerit lata contra talem reum talis sententia
habeatur pro cassa et irrita sententia ac si malleficium de quo ~~[illegible]~~ quereretur
esset plene purgatum. Et potestas et ille qui tulerit talem condempnationem debeat ipsam cancellationem mandare. Statuentes
insuper quod in malleficiis in quibus imponitur pena corporalis et abinde supra vel personalis constituto quod citatio personaliter
debeat fieri per duos baiulos vel per unum in presentia duorum testium.

90ª cap. 5 Qualiter procedatur contra accusatores vel denuntiatores ~~[illegible]~~ inquisitos et parentes.

10 Ordinamus et declaramus et firmamus quod accusatus denuntiatus
seu inquisitus de aliquo crimine quo pecuniaria pena de-
beret imponi si comparens deberet relaxari datis ydoneis
fideiussoribus de parendo mandatis curie. Et de condempnatione
de pena solvenda. Salvo quod ubi in defectum pecuniarie non
solvende succederet pena aliqua corporalis extra aliquam
capitis statutis quod eo casu facto deposito pene ... dicta
condempnatione solvenda debeat omnimode relaxari et non aliter
hoc addito quod non possit aliquis tale petere ... fideiussores non dare

et approbatus per approbatorem com...

3v

nisi aliter contra eum malleficium legiptime probaretur, et quod potestas vel iudex
malleficiorum contra quos comparuit reus teneatur assignare terminum quindecim dierum
et plus arbitrio potestatis vel iudicis usque in decem dies et teneatur tamen
potestas quod iudex malleficiorum diffinire et terminare omnes processus
initiatos tempore sui regiminis contra contumaces infra mensem, et
comparentes infra duos menses nisi a die inceptionis processus inquisitionis
inceptis vel accusationis computandis, processus non pendentes ultra
mensem a die assignationis terminus computandum —

De exbapnitis citatis

.II. Item statuimus et ordinamus quod si aliquo tempore fieret aliquis pro-
cessus per dominum potestatem vel aliquem officialem domini comitis contra
aliquem exbapnitum domini comitis, pro accusatione, denuntiatione vel inquisitione
vel aliquo quocumque modo quod talis exbapnitus possit se
excusare a dicto processu, et si comparere proprie, et id quod
iterum esset pro parte contra dictum processum valeat et teneat, eo
modo non obstante dictae parti dare fideiussores super dicto
processu, et quilibet notarius possit facere instrumentum parti libere et im-
pune, cum non condempnatio vel absolutio quae ex dicto processu
sequeretur fiat et fieri debeat dicto exbapnito et non de parte,
ita quod parte minime teneatur, et si dictus exbapnitus ar/p
venire vellet ad se excusandum a dicto processu quod possit cum
licentia domini potestatis, et nullus possit dictum exbapnitum
offendere in persona vel rebus, in veniendo vel stando vel
redeundo, et qui contrafecerit puniatur, ac si offenderet alium qui
non esset exbapnitus, et quod potestas teneatur dare dictam licentiam
dicto exbapnito venienti ad se excusandum, hoc modo videlicet quod
die qua data fuerit dicta licentia dictus exbapnitus veniat
coram ... respondeat processui qui fieret contra eum, et facta dicta
responsione potestas incontinenti sine temporis intervallo teneatur et debeat
dictum exbapnitum mittere facere ac detinere in carceribus sive volta
domini comitis et non in spetello donec carcerem sive volte dominus processus
contra dictum exbapnitum fuerit expeditus, et si condempnatus ex dicto

42

processu sequeretur ex dicto processu talis exbapnitus pro dicta condempnatione
tunc debeat detineri ad penam dicti potestatis centum librarum denariorum parvalli-
um! —

Quod fideiussores existant principales in mallefitiis! —

90b – 7

12. Item statuimus et ordinamus quod quicumque fecerit aliquam promissionem
vel fideiussionem pro aliquo qui in curia mallefitiorum dicti comunis et data
fuit licentia per dominum sindicum dicti comunis faciendi torqueri et
ad tormenta poni illum pro quo dicta promissio vel fideiussio facta
esset teneatur et debeat ille qui dictam promissionem vel fideiussionem
fecerit infra terminum decem dierum post preceptum sibi factum perso-
naliter vel de ad domum sue habitationis per dominum potestatem vel eius
curiam representare coram domino potestate et eius curia illum pro quo dictam
promissionem vel fideiussionem fecit, et si dictum tale non presentaverit in
dicto termino ille pro quo dicta promissio vel fideiussio facta esset
habeatur pro confesso et habeatur et intelligatur plene probatum
mallefitium contra eum et propterea possit et debeat condempnari in penis
in statutis et ordinamentis contentis et illam condempnationem solvendam ille
qui dictam promissionem et fideiussionem fecisset teneatur et cogi possit
et debeat per dominum potestatem ut debetur

De probationibus que sufficiant in mallefitiis! —

91a 8

13. Statuimus et ordinamus quod mallefitia probari debeant per duos
testes fide dignos vel per confessionem accusati (vel clamati (?)) ~~et quo inquiritur~~ vel clamos.
et quo inquiritur que probatio ad inculpandum (?) valeat et quod
potestas et eius iudices et officiales non possit neque debeant per se vel
alios aliquo modo ponere seu poni facere ad tormenta
aliquam personam de civitate vel comitatu (?) vel torquere nisi pro mallefitiis

et delictis infrascriptis videlicet pro homicidio. tradimento. pro adulterio. crimine
lese maiestatis. furto. et robaria. pro privato carcere. falsi
tate cuiuscumque generis. pro crimine contra natura et pro incendiis
et generaliter pro omnibus aliis malleficiis in armis sanguinis effusione
tam de die quam de nocte commissis. et tunc in dictis casibus civitatis non
possit aliquam personam torquere nec ad tormenta procedere
nisi precedentibus contra eam indiciis et presumptionibus legiptimis
et sufficientibus ad ponendum aliquem ad tormenta. et si contrafaceret
vel iudex contra fieret condepnetur potestas pro qualibet vice in centum
libr. et iudex in vigintiquinque libr. et nichilominus quod fecit non va
leat ipso iure. Item quod in illo casu potestas vel aliquis offitialis
communis non possit vel debeat ponere vel poni facere aliquem
civem vel comitatensem vel aliquem offitialis nec civitatis
ad aliqua tormenta seu genus tormentorum sine expressa
licentia dominorum Sindicorum maioris consilii que pro tempore fuit, pena
centum librarum denariorum. Et quod in omni casu in quo aliquis torqueri
deberet et torqueretur notarius malleficiorum teneatur talis depositionis
de tormento scribere confessionem suam etc. Item dicimus quod potestas
nec aliquis suus offitialis possit vel debeat inviare
aliquam personam de civitate vel comitatu mictendo eos stu
menti faciendo in volta seu carcere communis vel cappis seu
procuratoribus alio modo nisi esset occasione alicuius malleficii
perpetrati per eum in quo casu possit eum vel eam facere cu
stodiri in volta et cappis et alio modo sicut et videbitur fore
utile. pro qua si talis persona satisdare noluit quando satisdationis
locus esset et quando pro ipsa satisdatione esset satis cautum
pro qua pena domino potestati et iudici eius contrafacientibus quinquaginta
libr. socio vigintiquinque libr. tantumdem notario. Et quod si mulier
aliqua detineretur in pallatio communis occasione testificationis
faciende quod non possit detineri in pallatio communis de nocte et
noctis tempore. et etiam possit dominus potestas vel aliquis officialis
malleficiorum cogere aliquam mulierem civitatis vel comitatus quod veniat
ad palatium ad faciendum aliquam testificationem pro aliquo set
potius faciat eam vel eos iurare testificari et etiam exami
nari usque ecclesias sancti Pauli sive sancti Appollinaris. et ipso iuramento
sic et sic ipsa examinatione super dicta testificatione debeat

et possit et debeat sine exceptione et pena dependere [illegible] dicto domino potestati

relaxari et licentiari et teneatur et debeat licentiare unumquemque
testem inductum ad petitionem ad alicuius in malleficiis vel aliis
et etiam in inquisitionibus faciendis per dominum potestatem et eius officiales
facto iuramento et examinato in continenti sine mora debeat eum
licentiare et possit sine aliquo verbo domini potestatis et licentia
talibus debitis [illegible]
discedere sine pena, et potestas vel alius offitialis aliquis
offitii detinere non possit nec detineri facere occasione alicuius testifi
cationis, et si potestas vel aliquis offitialis de sua familia
contrafecerit vel aliquis predictorum vel aliquorum predictorum venire seu venire
presumpserit possit vel alii puniatur et reperiatur per sindicos de camera
pecuniaribus in qua ipse vel aliquis suus familiaris inciderit
in decem libras denariorum, et sindicus predictus non fecerit eum reperiri
presindicari eius sit in centum libris denariorum, et hoc capitulum sit precisum
et mutari non possit et etiam in [illegible]. Et in omnibus et singulis
malleficiis et delictis de nocte commissis sufficiat probatio unius
testis bone fame cum testificatione unius testium fide di-
gnorum deponentium de publica fama in loco ubi dicitur malleficium
vel delictum esse commissum

Qualiter testes detineantur in palatio et non alibi

91b-9

14. Item provisum et ordinatum est quod quandocumque in causis crimina
libus producerentur testes ab aliquo contra aliquem accusatum
seu potestas vel iudex malleficiorum eos venire faceret quando
procederet per inquisitionem vel alio modo tunc eos faciat
iurare dicere veritatem super accusatione vel inquisitione
in qua inducerentur, et iuramento prestito teneatur post iuramentum
querere ab eis testibus de negotio veritatem, et causam scientie
et facere eos deponere dicta et attestificationes eorum et scribere
eorum dicta, quibus attestationibus sic redditis, factis per ipsos te-
stes dimittat eos et si videret dicto potestati et iudici malleficiorum
quod bene non dixissent veritatem eorum depositionibus interrogati su-
[illegible] in arduis et magnis factis ipsos testes in magno palatio

5v

in quo sit consilium generale personaliter possint detinere usque quod
sciverit veritatem negotii, et eos examinando et terrendo ad in
vestigandum veritatem ut videbitur expedire, dum modo
non detineat eos ultra duos vel tres dies, et dum modo non
torqueat eos vel alio modo gravet personaliter nec in loco
fetido, sedilium vel obscuro recludat, et dum modo non ponat
berrovarios vel alios ad custodiendum eos quibus detur salarium eligendo
per ipsos testes, et si contra formam huius capituli fieri contingat
potestas et iudex et quilibet alius officialis qui contra fecerit condempnetur
in viginti quinque libris denariorum de suo salario auferendis, possit
tamen potestas et eius iudex ipsis testibus precipere quod non discedant
de palatio ad penam decem solidorum denariorum parvorum et plus usque ad decem
libras denariorum inspecta qualitate negotii et personarum, et si discede
rent contra mandatum potestatis vel iudicis possit in expensis
in [illegible] eos facto detento. Vel alium actestationem reddere
compellat.

Quod nulla mulier occasione testimonii vel alia de causa cogatur
ire in palatium vel de nocte morari

91b X

15. Item pro eo ut ordinatum est ut suspitiones tollantur et cogi
tationes male non nascantur quod nulla mulier cogatur
pro aliquo facto vel causa in palatio comunis de die nec de nocte nec
stare vel morari occasione actestationis faciende vel alia causa
nisi forte occasione malleficii perpetrati per eam, in quo casu possit
de die et de nocte detineri quousque satisfecerit ydonee vel si
personaliter ob malleficium puniri non deberet, et intelligatur nox
in hoc casu ab hora vespertina usque ad mediam terciam diei
sequentis. Item non cogatur ire sive ad stendere palatium
vel aliquam firmam civitatis vel comitatus et maxime cogere
pro mulieres ex aliqua alia causa sed possint mittere
[illegible] et procuratores negotia exercere in quolibet casu et ubi et
quando esset necessaria puta ipsarum dicta sive firmenta
mittatur ad eos officialis comunis vel addomum si erit honesta
vel ecclesia dona vel palatium veniat usque ad palatium in

aliqua cura vel loco honesto ibi proximo et illuc vadat offi
ciis ad expediendum que ibi et in ea presentia expedienda
fuerint seu erunt et valeant que per predictos erunt gesta ac
si personaliter ipsa gessisset. Item quod nulla mulier possit nec
debeat in secreto vel palam examinari seu interrogari de
aliqua re vel causa per potestatem vel iudices vel officiales
eius seu per aliquos officiales dicti comunis nisi uno ex eius propin
quioribus consanguineis existente presente vel marito ipsius
mulieris, et notarius semper adesse debeat et scribere teneatur
nomen et pronomen talis consanguinei vel mariti et quod eo
presente et intelligente dicta examinatio facta fuerit, secundum modo
dictus talis consanguineus vel maritus teneatur iurare
credentia eius quod audivit, et si contra fiat pena incidat libra
rum vigintiquinque et libere ipso facto penaliter incurr et talis attestatio sit
ipso iure nulla.

De eo qui maleficium negavit quod non possit probare ad defensionem fecisse

92a 10

.16. Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona alicuius malefi
cii occasione interrogata fuerit a potestate aut a iudice maleficiorum vel
notario, et negaverit ipsum maleficium fecisse vel commisisse de quo
accusaretur vel inquireretur et postea voluerit dicere quod fe
cerit ad suam defensionem id non valeat nec audiatur
in hoc casu quum puniatur, sicut in statuto continetur. Et predicta
omnia intelligantur et locum habeant tam in masculis quam feminis.

92a 12

2. De quibus maleficiis pax fieri possit vel non possit et quod
operetur beneficium confessionis et pacis.

.19. Item statuimus et ordinamus quod in homicidiis et percussionibus in
quibus manus vel pes vel aliud membrum abscisum vel debili-
tatum fuit et in vasoribus stratarum quocumque tempore commissa fuerit
sive de die sive de nocte et tradimento et crimine falsitatis
ad hoc ut bannum non diminuatur pax fieri non possit nec
valeat. De aliis vero malleficiis omnibus pax fieri possit inter partes
quandocumque ante sententiam latam et producatur et produci possit
per quamcumque personam. Et ille qui commisit malleficium pace habita
et producta condempnetur in medietate eius quo condempnari deberet
ex forma statuti de malleficio tamen quod in ipso instrumento pacis contineatur
quod venderet sibi bannum etiam in contumacia. Item quod instrumentum
factum de pace cuiuscumque malleficii faciat plenam probationem
et per instrumentum pacis probetur malleficium fore commissum. Et
quod quicumque accusatus vel inquisitus tempore sue prime compari-
tionis et excusationis confessus fuerit malleficium de quo accusatus
esset vel contra eum inquireretur habeat beneficium pro dicta sua
confessione quarte partis eius quo condempnari deberet ex forma
statuti Boriginalis de tali malleficio. Item quod si quis utrumque
beneficium pacis et confessionis habeat non veniat condempnandus
nisi in quarta parte banni tamen. Si vero pacem non habet in talibus
predictis condempnetur eius de quo condempnari deberet ex forma
capitulorum. Si vero haberet pacem et non confiteretur condempnetur
in medietate tamen eius quo condempnari deberet ex forma statuti
pro tali malleficio et non possit nec admictatur per beneficium pacis
nisi appareat de solutione gabelle, manu notarii gabelle.
Et in omnibus inventionibus habeat locum beneficium confessionis

92 b Quod potestas possit compellere partes inimicantes ad dandum
fideiussores.

.20. Item statuimus et ordinamus ad hoc ut omnis rissa molestia
et briga cessit inter homines civitatis et comitatus castelli que
oburire posset causa alicuius inimicitie que esset vel fuit
inter homines civitatis et comitatus castelli quod potestas dicte civitatis
possit et debeat compellere partes inimicantes ad dandum infra
scriptam satisdationem isto modo videlicet quod recipiat a qualibet
parte inimicantium satisdationem de non offendendo seu ad in-
vicem ita offendi faciendo toto tempore sui regiminis usque in
quantitatem quingentarum librarum denariorum et non plus. Salvo quod si aliqua
persona de partibus inimicantium que non esset sufficiens ad presta-
dum et dandum dictam satisdationem quod remaneat arbitrio
domini potestatis de minori satisdatione recipienda considerata
condicione partis et negotii prout dicto domino potestati placuerit
et si predicta dictus potestas non observaverit vel in aliquo contra
venerit vel fecerit perdat de suo salario centum libras denariorum
perpetualiter vice qua contra fecerit vel venerit vel non observaverit
et Sindicus dicte civitatis dictam penam auferre et exigere te-
neatur.

ad faciendum pacem vel dandum

De malleficiis de quibus non esset ordinata pena

17. Item statuimus et presenti constitutione firmamus quod si aliqua persona
fecerit aliquod malleficium vel dixerit alicui iniuriam aliquam de
quo vel qua non sit ordinata pena in statutis condempnetur
tur per dominum potestatem secundum provisionem domini potestatis et sindici
maioris consilii non recedendo a iure communi et modificatione
penarum positarum statutis de similibus ad similia procedendo
que provisio pene imponende fieri possit in curia domini Floren

et etiam in domo dicti sindici etiam in absentia dicti domini potestatis una
cum sindico predicto et vice ad minus extraiudicialis domini potestatis.
// Si sindicus esset in civitate et sindicus esset tunc imponat pena cum de
liberatione dictorum priorum, et in quocumque casu in quo requiri
retur deliberatio domini sindici intelligatur si sindicus esset
sive non esset absens debeat intervenire deliberatio dictorum priorum
et predicta non vendicent sibi locum in casu in quo potestati da
retur arbitrium soli potestati.~

De pena blassfemantis deum vel santos.~

22\. Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona blassfemaverit
deum vel gloriosam virginem mariam condempnetur in decem
libr. den. et si non solverit infra quindecim dies a die late condempnat.
fustigetur per civitatem castelli a porta sancte marie maioris usque
ad portam sancti Juliani cum tenalis in lingua et tunc fune co
quatur in facie si capi poterit et eidem postmodum lingua absci
datur et si capi non poterit exbapniatur de civitate castelli et eius
districtu in perpetuitate predicta et siquis blassfemaverit vel maledixerit
santum floridum seu sanctum Amantium vel alium santum santamque
dei vel iuratus fuit aliquem superiorem negando eos vel aliquem
eorum vel dicendo similiter maledictus sit ille vel illa que vel
quod deo vel fero non negando aliquem propter hoc aut ma
manum elevaverit in altum faciendo ficam vel filium, in quinqua
ginta libr. den. puniatur ea pro capite quotiens deliquerit vel dixerit
et si dictum bapnium solvere non poterit fustigetur per civitatem
castelli a porta sancte marie maioris usque ad portam sancti
Juliani si capi poterit vel libr. et si capi non poterit vel libr.
exbapniatur de dicta civitate et eius districtu in dicta quantitate et
plena possit per duos testes unum teste de veritate vel
duos de fama publica, que probatio sufficiat in istis casibus
et quilibet possit accusare sive denuptiare et habeat medietatem
bapni et nomen teneat in secreto et illa medietas sit [illegible]
et si testis vel testes qui super predictis producerent sint bone
fame et vel eos per pugnam vel alio modo ad dicta non possit

et de hoc possit potestas inquirere. et potestas hoc capitulum primo mense
sui regiminis publice bapniri faciat per dictam civitatem
et ad hoc ut blasfemie dei et beate marie virginis sue ma
tris et aliorum sanctorum et sanctarum dei cessent quod dictus potestas cum judi
et offitiales teneantur vinculo sacramenti et sub penis in statu
to contentis continue inquirere et invenire contra blasfema
tores deum et matrem suam et sanctos et sanctas dei vel alterum eorum
aut in eorum obrobrium aliquid dicentes vel attentantes omnibus
viis et modis quibus eis videbitur et placebit et repertos culpabi
les punire in penis supradictis et predicta bapniatur per priores
semel in mense modo quolibet per omnes castella in locis consuetis
et expressibus que fierent dicta occasione non possit appellari. et
quod per priores populi eligantur decem custodes celati per qualibet
porta qui teneantur et debeant denumptiare in scriptis omnes
et singulos blasfematores deum et matrem et sanctos et sanctas ipsius
vel alterum ipsorum aut in eorum obrobrium aliquid dicentes et credatur
cuilibet ex dictis custodibus cum uno teste.

Item quod nulla persona decimus vel eo distructu iuret vel iurare
audeat per corpus dei vel sanguine dei seu virginis eius
vel similia sacramenta facere ad penam viginti solidorum denariorum pro qualibet
vice et quolibet contrafaciente et quilibet possit accusare et habeat me
dietatem bapni et eius nomen teneatur in secreto. et dictus potestas
teneatur inquirere de predictis. et nichilominus hoc capitulum faciat
singulis mensibus. Si quis vero iuraverit per budellos vel ventrechios
vel alia inhonesta membra puniatur de facto in decem
libris denariorum.

De pena illius qui homicidium commisit

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona occiderit vel occidi
fecerit seu mandaverit aliqua persona in civitate vel comitatu
castelli civium vel comitatensium nostre civitatis pena capitis
puniatur et omnia eius bona destruantur et deveniat in comune
pro dimidia et alia dimidia applicatur heredibus occisi. Si vero
homicida haberi non poterit exbapniatur et condempnetur in supradicta
pena de quo bapno non possit exire et si quo tempore pervenerit
in fortiam comunis puniatur in dicta pena. Si vero aliquis prestiterit
consilium vel favorem ad dictum homicidium perpetrandum condempnetur
in mille libris denariorum et si dictum bapnum non solverit infra decem
dies a die late condempnationis computandos puniatur pena
capitis. Item dicimus quod si quis ex civitate vel comitatu castelli aliquem de civitate vel comitatu
occiderit vel mandaverit alteri occidi fecerit ./. vel consilium vel
auxilium ad predicta dederit puniatur in penis supradictis omni
tempore et de contentis in presenti statuto potestas possit inquisitionem
facere et repertos culpabiles punire et condempnare secundum formam
statuti. Et si quis in civitate vel comitatu castelli homicidium
aliquod commiserit vel inciserit alicui membrum pro aliquo precio
trascinetur per civitatem ad caudam equi muli vel asini
et suspendatur per gulam ita quod penitus moriatur. Et
omnia sua bona devastentur et devastata deveniat in
comune. Si vero ferita fecerit cum sanguine vel membrum devasta-
verit pro aliquo precio abscidatur ei manus et pes. Si vero
percusserit sine sanguine pro precio abscidatur ei manus et ne(?)
bis deformetur nulla comunis destruatur in aliquo casu in
predicto(?)

De pena illius qui commisit maleficium

De vitio Sodomitico

Statuimus et ordinamus quod potestas teneatur primo mense sui regiminis facere per civitatem publice banniri voce preconia quod omnes masculi maiores quatuordecim annis se debeant a maledicto et nefandissimo vitio sodomitico sive bugiarie optime precavere et quicumque fuerit inventus postmodum in predictis vel contra predicta facere potestas talem sodomitam teneatur comburere ad mortem ita quod igne consumatur. —

De pena proditoris et dantis auxilium consilium et favorem

23\. Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere aliquam proditionem vel tradimentum civitatis vel aliquorum castrorum comitatus dicte civitatis vel aliorum castrorum recomendatorum vel subiectorum dicte civitatis contra eam vel contra statum dicte civitatis. Nec audeat vel presumat predicto proditori dare vel prestare auxilium consilium vel favorem aliquo modo vel ingenio. Et siquis contra predicta vel aliquod predictorum fecerit aut facere attentaverit vel presumpserit ultimo supplicio puniatur et bona eius publicentur et deveniant in comune.

~~De pena facientium conventiculam~~

Quod nulla iura ~~nec~~ conventicula vel conspiratio fiat in civitate vel comitatu castelli —

Item statuimus et ordinamus pro bono pacifico et tranquillo statu civitatis predicte et comitatus eius manutenendo et conservando quod nulla iura conspiratio conventicula congregatio compagnia sive societas seu quocumque nomine censeatur in civitate castelli vel eius comitatu nec alibi fiat aut fieri debeat per aliquem vel aliquos de civitate castelli vel eius comitatu vel alicunde contra comune vel alia-

singularem per civitatis castelli vel eius comitatus. Et si quis contra fecerit
puniatur et condempnetur, sed ille qui talem iuram vel
aliam congregationem solicitaverit advenerit fecerit aut recepit
in quingentis libris denariorum. Ille vero qui ad predicta iuravit intravit
aut secutus fuit in centum libris denariorum. Quicumque non debeat
consilium adiutorium vel favorem vel predicta fiunt puniatur
in centum libris denariorum. Vocatus aut vel alia quicumque per consilium
quod sciverit aliquid circa predictam iuram societatem seu
congregationem vetita ut dictum est puniatur dimissione
manus, quod ei abscidatur. Item quod nulla persona debeat
aliquo modo neque audeat de aliqua parte vel septa
contendere, pena vigintiquinque librarum denariorum. Item quod si aliquis
procuraret reducere dictam Civitatem in aliquam
partem vel septam propter quam reductionem pacificus bonus
et pacificus status dicte Civitatis turbaretur
ultimo supplicio puniatur et confiscatione suorum bonorum.
Et si potestas negligens fuerit in huiusmodi executione
perdat de suo salario mille libras denariorum. Statuentes et
ordinantes quod nullus civis comitatinus aut districtualis
civitatis castelli vel habitans in dicta civitate comitatu vel distri
ctu audeat vel presumat directe vel publice palam vel
occulte adunata gentis armigere facere vel congregare
seu aliquem conducere vel destinare in favorem vel offensam
servitium vel detrimentum alicuius civitatis castri universitatis
vel loci domini vel alicuius alterius hominis vel persone sine expressa
licentia dominorum priorum populi et consilii sedecim dicte civitatis,
qui contra fecerit solvat pena quingentarum librarum denariorum cuicumque adve
nienti aut conducenti vel destinanti, et absque licentia dicta
qua pena si non solvit infra x dies a die qua venerit in fortia
communis amputetur ei pes ita quod a corpore penitus
separetur. Et quod nullus civis comitatinus vel distri
ctualis vel habitans in dicta civitate comitatu vel districtu
audeat vel presumat cum stipendio vel sine ire mane
aut esse in modum armigeri in servitium vel detrimentum
alicuius civitatis castri universitatis vel loci domini vel alterius
singularis persone sine expressa licentia supradicta et qui contra
fecerit condempnetur in centum libris denariorum, qua pena si non solvit
infra x dies a die qua venerit in fortia communis ampu
tetur ei pes ita quod a corpore separetur. Et predicta
non vendicent sibi locum in euntibus vel conducentibus ad
aliquod officium vel in illis qui fuerint conducti, adque infra
ad stipendium in eundo longe ad aliquem locum distantem
a dicta Civitate per quadraginta miliaria. Et predicta
vendicent sibi locum ad futura tempora. Ad preterita non
possit et debeat puniri et condempnari ad arbitrium domini
potestatis usque in centum libras denariorum pro quolibet et qualibet vice

De pena facientium guerram civitati

24. Item statuimus et ordinamus quod nulla persona forensis
undecumque sit, nec etiam de civitate vel comitatu, audeat
vel presumat equestre vel pedestre facere guerram civitati
sive communi dicte civitatis, aut specialibus personis dicte civitatis vel
comitatus, nec etiam audeat vel presumat venire in comitatu vel
districtu dicte civitatis ad faciendum in eo aliquam guerram
seu robariam vel presuram aliquarum personarum dicte civitatis vel
comitatus, aut faciendo incendia seu causa faciendi predicta
nec talia perpetrantes et favorantes. Et si quis contra fecerit
aut facere attentaverit et capi poterit et in fortiam communis pervenerit
potestas teneatur et debeat dictum talem malefactorem pro tam gravi
et enormi delicto si fuerit miles aut equester condempnare
ad ultimum supplicium cum confiscatione bonorum, et si pedes
potestas teneatur eum facere suspendi ad furcas ita quod mo-
riatur et in confiscatione bonorum et condempnatione de facto
executioni mandare infra decem dies postquam venerit in fortia
dicti communis et ipsius domini potestatis, et si capi non poterit condempnetur
et exbanniatur ut supra dictum est et potestas in dictis penis
eum teneatur exbannire et condempnare de civitate et comitatu per-
petuo sine aliqua remissione, et hoc capitulum pro civitate
precise servetur ut verba sonant.

De libero homine non capiendo infra muros civitatis vel comitatus

Ordinamus et dicimus quod si aliquis cepit aut capi fe-
cerit infra muros civitatis castelli vel in comitatu aliquem
hominem cuiuscumque condictionis sit, licentia et mandato domini potestatis
et suorum iudicum vel alterius officialis iurisdictionem habentis
pro suo officio exercendo et dicti communis sua auctoritate dicendo

ipum psonalit' et ipius voluntate ad domu ipius vl alterius vl
ad aliu locu soluat ei p banno quingentas libr den. et nichilomi(nus)
captum relaxare teneatur et restituere res ablatas. et si
ipm no relaxauit postq potas ei preceperit vl precipi fe-
cerit infra terminu sibi adsignatu p potatem vl eius nuptiu
siue precone cois condenpnetur ei in mille libr den p
banno si capi potit. et si capi no potit sit et esse debeat
de ciuitate castelli et eius districtu ppetuo exbanditus. publi-
catis eius omnib suis bonis. et si no potit solue dictum
bannum ei caput amputetur. et si potas pdca no fecerit condenpnet
p sindicum cois in quingentis libr den. et dicta condenpnatio
ad effectu exigere teneatur. et utilitate dicti cois conuertatur.
Et pdca no vendicent sibi locum in pre qui caperet filium
vl in dno qui caperet suum famulum. et etiam tempore guerre. qui
caperet aliquem inimicum dicti cois. nec etiam in dno qui ca-
peret famulu fugientem cum rebus sibi subtractis. dum-
modo ducat eum in presentia potatis vl alterius rectoris dicte
Ciuitatis nec in capientib exbanditos. quo casu seruetur
forma statuti loquentis de tali materia. —

De pena illius q vim intulerat alicui mulieri

Item statuimus et ordinamus quod si quis vim intulerit alicui
mulieri maritate. vl virgini cognoscendo eam carnalit
et contra voluntatem capite puniatur. Si aut carnalit eam
cognoscere attentauerit et no cognouit cum effectu. si in
domo sue habitationis condenpnetur in quingentis libr den.
Si no extra domum sue solite habitationis condenpnetur in trecentis
libris den. Si no aliquis cognosceret carnalit aliqua
virginem vl maritata de voluntate ipius mulieris. si hoc
in domo habitationis dicte mulieris condenpnet in quingentis
libr. si no extra domum in ducentis libr condenpnetur. Si aut
aliquis carnalit cognouit p vim aliqua muliere vidua

vel honeste viventem si quidem in domo [habit] dicte mulieris condempnetur
in mille libr. den. Si vero extra domum in quinquaginta libr. den. Si
vero per vim eam carnaliter cognoscere attentavit et non cogno
verit si quidem in domo habitationis talis mulieris in trecentis li
br. den. condempnetur. Si vero extra domum in ducentis libr. den. condempnetur.
Si autem aliquis cognosceret carnaliter aliquam viduam vel aliam
honeste viventem de voluntate ipsius mulieris si quidem in domo
habitationis talis mulieris condempnetur in centum libr. Si vero extra
domum in quinquaginta libr. den. Salvo quod si aliquis cognovit vel cognosce
re attentavit aliquam viduam virginem vel aliam honeste viventem et
ille talis possit eam de iure accipere in uxorem si quidem dicta
mulier corrupta vel corrumpi attentata de voluntate dictorum suorum
propinquorum consanguineorum vellet accipere et acciperet in maritum dictum
corrumpentem vel corrumpere attentantem quod tunc ad dictas penas
vel aliquam earum nullatenus teneatur. Et predicta vel aliquid predictorum
non vendicent sibi locum in famulis vel [illegible] aliquibus in
mulieribus male fame vel meretricibus si voluntarie passe fu
erint carnaliter se cognosci. Si autem carnaliter fuerint cognite
nolentes vel attentate tunc puniatur cognoscens vel atten
tans arbitrio potestatis a decem solidis usque in quantitate centum
libr. den. et descendendo usque in dictis libr. den. inspecta qualitate
loci temporis facti et conditione personarum. Et si fuerit mulier ma
ritata que permiserit voluntarie carnaliter se cognosci contra
voluntatem viri sui dotes admittat ipso iure, que viro de
beant effectualiter applicari, et ad repetitionem ipsarum dotium
dicte mulieri vel alii nullum ius competat. Si vero quis cogno
verit carnaliter aliquam monialem vel religiosam dominam
in monasterio vel loco religioso capite puniatur. Si vero
extra monasterium vel locum religiosum quis carnaliter
cognoverit et voluntate dicte monialis vel domine religio
se etiam capite puniatur. Si vero de voluntate dicte domine mo
nialis vel religiose in quingentis libr. den. condempnetur.
Si vero quis carnaliter non cognovit sed cognoscere atten
tavit dictas moniales vel religiosas si quidem in monasterio

ul loco religioso violent in quingentis libr den condempnetur. Si
vero ex monesterium ul locum religiosum in ducentis libr
den condempnetur

De pena frangentis loca religiosa

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis fregerit aliquem
locum religiosum dominarum ul monialium ul fratrum religi-
osorum cuiuscumque ordinis ul lictus sint civitatis ul comitatis
et intraverit contra bonos mores violenter si fuit de die condempnetur
in quingentis libr den, et si fuit de nocte condempnetur in mille
libr den, quas penas si non solverit infra quindecim dies a
die late sententie eidem manus dextra sive pes dexter ampu-
tetur taliter quod a corpore separetur

De furtis robariis ul furta et de pena eorum.

Statuimus et ordinamus quod si quis in strata ul via publica
civitatis ul comitatis castelli commiserit seu fecerit aliqua
robaria seu depredationem rei ul rerum valoris et extimationis
centum solidorum et abinde infra condempnetur in centum libr den
qua pena si non solverit infra quindecim dies a die late sen-
tentie minandus fustigetur per dictam civitatem et ferro calido
in guancia coquatur. Si vero fuerit valoris et extimationis
a centum solidorum usque in decem libr puniatur in ducentis libr den
Si vero fuerit valoris et extimationis a decem libr usque in xxv libr
puniatur in quadrigentis libr den Si vero fuerit valoris et
extimationis a viginti quinque libr supra cuiuscumque valoris
et extimationis condempnetur in quingentis libr den quas
penas si non solverit infra quindecim dies a die late sententie

inmeritandus quod ei manus dextra debeat amputari. Si vero quis
derobavit seu depredatus fuit duabus vicibus predicta scili-
cet condempnetur in duplum eius in quo condempnaretur pro prima ro-
baria. Si vero depredatus fuit seu derobavit tribus vicibus
tunc dictus derobator seu depredator furcis laqueo suspendatur.
Si vero robarie seu depredationes predicte fient fieri alibi quam
in stratis et viis publicis tunc in medietate dictarum penarum condempnetur
preterquam ubi veniret pena sanguinis imponenda quo casu puniatur
ut supra. Et intelligatur depredatio et robaria esse commissa
si quis armatus violenter aliquam rem accepit alicui.
Si vero sine armis aliquis alicui aliquam rem vel res violenter
abstulerit cuiuscumque valoris fuerit puniatur ad arbitrium
potestatis usque in quantitate centum librarum denariorum consyderata qualitate
facti loci et temporis et condictione personarum. Si vero quis in
civitate vel comitatu castelli furtum fecerit alicuius rei vel rerum
valoris et extimationis xx solidorum et abinde infra puniatur arbitrio
potestatis dummodo non excedat quantitatem viginti quinque librarum denariorum.
Si vero quis furatus fuerit rem vel res valoris et extimationis
a xx solidis usque in centum solidis condempnetur in quinquaginta libris
denariorum. Si vero fuerit valoris et extimationis a centum solidis usque in
viginti quinque libris condempnetur in centum quinquaginta libris denariorum.
Si vero fuerit valoris et extimationis a ~~quinquaginta~~ viginti quinque libris
denariorum usque in quinquaginta libris condempnetur ducentis libris
et si fuerit valoris et extimationis a quinquaginta libris usque in
centum libris puniatur in trecentis libris denariorum. A centum vero
libris supra cuiuscumque valoris et extimationis fuerit res furata
condempnetur in quadringentis libris denariorum. Quas penas si
non solverit infra quindecim dies a die late sententie fu-
stigetur per dicta civitate castelli et ducatur ad petro-
nem dicti communis et ibi cum ferro calido in guancia coquatur
et ligetur et moretur saltem duabus horis. Si vero quis
duabus vicibus furatus fuerit puniatur in duplum eius
quo pro primo furto puniretur. Qua pena si non solverit

infra dictum terminum solverit et super et eidem manus dextera
amputetur. Si vero tribus vicibus furatus fuerit deponetur
in triplo eius quod primo furto extitit declaratum, qua pena si non
solverit infra quindecim dies a die late sententie furas laqueo
suspendatur. Si vero quatuor vicibus vel pluribus fu
ratus fuerit absque aliqua redemptione furas laqueo suspen
datur. Et in quolibet casuum predictorum teneatur et debeat dominus po
testas et quilibet alius rector et officialis dicte terre qui de predictis cognoscet
de predictis facere emendari vel restitui res derobatas vel furto
subtractas in duplum illi cui fuerit derobate vel furto sub
tracte. Et a predictis et quolibet predictorum exceptuamus et excipimus
minores quatuordecim annis quos dictis penis vel aliqua
alia occasione supradicta puniri non volumus nec teneri. Et
eisdem penis quibus supra volumus teneri et puniri derobato
res vel furantes extra civitatem Castelli si apportaverit et intro
taverit res derobatas vel furatas in civitate vel comitatu Ca
stelli.

De modo restituendi res derobatas vel furatas apud
alios inventas.

Item statuimus et ordinamus quod si quis regatterius
vel alia persona in platea communis in foro die fori in strata
publica publice et palam rem aliquam mobilem sive se
moventem bona fide emerit vel alio iusto titulo acqui
siverit presentibus duobus testibus non possit ab emptore vel
alio iusto titulo acquirente talis res empta vel alio
iusto titulo acquisita reconvinci vel opponi quod ipsa res
fuerit furtiva vel derobata sed ipse ad quem spectaret si
revoluerit illam rem pretium emptori vel habenti alio iusto
titulo restituat precio quo tale rem acquisivit. Reservato
iure illi cui fuerit res subtracta furto vel derobata contra
furem vel derobatorem vel alium qui mala fide tenuit
rem predictam.

In quibus malleficiis potestas habeat arbitrium.

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas et eius iudex malleficiorum et quilibet eorum habeant arbitrium in modo inquirendi et procedendi de omnibus et singulis robariis, effractionibus, furtis, homicidiis, incendiis, exterminationibus, tenutis (?), falsitatibus, et in omnibus et singulis malleficiis de nocte commissis cum sanguine, fractionibus domorum, super quibus habeat liberum arbitrium summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii et omnibus et singulis viis et modis quibus dicto domino potestati et eius iudici malleficiorum videbitur et placebit, in puniendo non obstante (?) forma statuti dicte civitatis, et intelligatur nox in dictis casibus a pulsatione tertii soni campane que pulsat de sero usque ad pulsationem campane diei, exceptis (?) aliis (?) minores. De eodem anno.

Super quibus omnibus et singulis in modo inquirendi et procedendi

De pena receptantium et auxiliantium exbannitos vel alios malefactores.

Item statuimus et ordinamus quod nullus de civitate et comitatu castelli vel aliunde habitans in dicta civitate vel comitatu audeat vel presumat receptare vel detinere in domo propria vel conducta vel alibi, aut consilium vel favorem dare in dicta civitate vel comitatu castelli aliquem exbannitum vel condempnatum dicte civitatis et comitatus in persona pena centum librarum denariorum. Si vero quis receptaverit aliquem exbannitum vel condempnatum in mille libris vel abinde supra vel in aliquo membri incisione puniatur talis receptator in quinquaginta libris denariorum. Si vero receptaverit aliquem exbannitum in quingentis libris vel abinde supra usque in mille libris

condempnetur in quadraginta libr. Si vero receptauit aliquem
exbapnitum in ducentis libr vel ab inde sup usque in quinquagin
tas puniatur in triginta libr. Si vero receptauit exbapnitum
vel condempnatum a centum libr sup usque in ducentas libr
condempnetur in viginti libris. Si vero receptauit aliquem ex
bapnitum a centum libr infra puniatur in decem libr. Si
vero quis receptauit aliquem furem vel latronem publicos
vel incendiarium homicidiarium puniatur in ducentas
libr pro quolibet et qualibet vice. Universitate vero castrorum si
peccauerit vel aliquod predictorum commiserit condempnetur eadem pena
qua condempnari deberet specialis persona. Si vero fuerit
universitas ville que peccauerit vel aliquod predictorum commiserit pu
niatur in medietate dicte pene. Et intelligatur castrum
vel villa receptare et auxilium et fauorem prebere si ex
bapnitus vel malefactor publice et palam per unam diem
naturalem steterit in castro vel villa. Et si universitas
castri vel ville peccauerit commiserit et fuerit condempnata volumus
quod ad solutionem dicte condempnationis non teneantur
pupilli mulieres maiores .lxx. annis inhabiles pauperes
et absentes tempore dicte receptationis a castro vel villa.
Si vero quis aliquem de manibus familie domini potestatis vel
aliorum rectorum et officialium domini comitis vel dicentium in forcia
domini comitis aliquem malefactorem vel exbapnitum excusserit
vel fugere fecerit puniatur et condempnetur eadem pena
qua puniretur dictus malefactor vel qua dictus ex
bapnitus erat exbapnitus. Et super predictis et quolibet
predictorum dominus potestas et eius iudex et alii officiales domini comitis
iurisdictionem habeant possit inquirere cognoscere et
procedere et qualiter possit condempnare et actare et habeat
quarta partem bapni &c.

C. De pena falsi

Item statuimus et ordinamus quod siquis in civitate vel distr.
Castelli fabricavit aut fabricari fecerit falsam monetam
igne totaliter comburatur. Si vero quis sciente expenderit
falsam monetam vel bonam monetam tondiderit condempnetur
in trecentis libr. den. Si vero quis fabricavit vel fabricari
fecerit falsum instrumentum puniatur in quingentis libr. et plus
et minus considerata qualitate facti et condictione personarum. Et
si aliquis predictorum condempnatus de eo facta non solverit infra
quindecim dies a die late condempnationis si a tali condempnatione non
fuit appellatum et si fuit appellatum a die confirmationis sen-
tentie abscidatur ei manus dextera. Si vero aliquis tulerit
falsum testimonium in aliqua causa civili vel criminali
puniatur in centum libr. den., qua pena si non solverit
infra dictum terminum quindecim dierum ut supra abscidatur sibi
lingua. Et siquis induxerit aliquem falsum testem sciente
condempnetur in dicta pena centum libr. Et si non solverit
infra dictum terminum quindecim dierum abscidatur sibi lingua
ut supra. Et non intelligatur quis sciente falsum testem
produxisse eo ipso quod testis falsum tulit testimonium. Et
testis qui falsum testimonium tulerit et producens falsum te-
stem plus et minus condempnetur inspecta qualitate facti et
condictione personarum arbitrio domini potestatis et sindici maioris
si sindicus erit in civitate alias arbitrio potestatis si sindicus
non esset. Si vero aliquis aliquam speciem falsitatis commiserit
condempnetur in quinquaginta libr. den. et plus et minus
ad arbitrium domini potestatis et sindici maioris si esset dictus
sindicus in civitate predicta alias ad arbitrium domini domini potestatis
inspecta qualitate facti et condictione personarum. Siquis
autem simpliciter periuravit seu degeravit puniatur in
decem libr. den. pro quolibet et qualibet vice

De pena euntis ad domum alterius ~~ad preliandum vel alio modo~~
violenter vel ignem ~~immictere~~ immictentis

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat
in dicta Civitate vel comitatu vel de die vel de nocte sua
auctoritate ad domum alicuius ad preliandum ipsam domum
vel existentem in ea vel ignem immictendo in dicta domo
predicta faciendo vel iniuria inferenda et qui contrafecerit
in quingentis libris denariorum et plus vel minus realiter et personaliter ad arbitrium
domini potestatis et iudicis maleficiorum et ad emendationem dupli dampni
passo. Si vero hic qui hostia alicuius domus fregerit vel domum
alicuius violenter intraverit puniatur in centum libris denariorum et in
medietate dictarum penarum puniatur associatus vel auxilium
prebentes in predictis vel aliquo predictorum, et in casu predicto ubi in
cendium factum fuerit et condepnatus dicta condepnatione non
solverit infra quindecim dies a die late condepnationis igne totaliter
comburatur ita quod moriatur. Predictis insuper quod si aliquis
invenerit aliquem vel aliquam personam in domo sua propria vel
conducta suspecta tempore noctis surripientem res suas et
malo modo accipientem vel uxorem vel aliquem de sua fa
milia violantem vel violare volentem ipsum vel ipsam
capere possit et si percusserit eum vel eos cum sanguine
vel sine etiam si mortuus fuerit ex tali percussione dictus
capiens vel percutiens in aliquo puniri vel condepnari non
possit, et de predictis stetur iuramento percutientis si voluerit
iurare quod eum invenerit in domo sua propria vel conducta fure
tem vel attentantem predicta cum duobus testibus vel cum per
publica fama contestate, et duo vel unus testis de familia sua
si erit in domo vel sufficiat publica fama et iuramentum
ipsius.

De pena committentis mallum propterea quod rumor esset in Civitate.

Item statuimus et ordinamus quod pro evidenti utilitate Comunis Ca-
stelli et populi ipsius Civitatis et pro manutenendo et conservando
pacifico tranquillo et quieto statu ipsius Civitatis et comitatus
quod si aliqua persona cuiuscumque condictionis existat commiserit
post vel aliud aliquod mallum in Civitate vel comitatu Castelli
propterea quod rumor esset in Civitate ita quod campana Comunis
vel populi pulsaretur ad martellum vel populus ipsius Civitatis
moveret ad arma puniatur et condempnetur in duplum eius quod
condempnari deberet vel posset ex forma statutorum et ordinamentorum
Comunis loquentium de tali mallo puniendo et plus realiter et
personaliter ad arbitrium domini potestatis et Sindici maioris inspecta
qualitate personarum et facti et condictionis temporis. Et quod nullus offi-
cialis vel alius cuiuscumque condictionis existat tempore alicuius commissi
malli vel aliquo alio tempore audeat vel presumat exclamare
ad arma ad arma ad penam Centum librarum denariorum et plus ad
arbitrium domini potestatis et Sindici maioris inspecta qualitate et condictione
personarum facti et temporis.—

De pena capientium et interficientium gattos

Statuimus et ordinamus quod nullus Civis vel forensis au-
deat vel presumat capere vel interficere aliquam gattam seu
gattum ad penam Centum solidorum denariorum. Et quod nullus pelliparius
pelle de gatto emat et si alicui pellipario aportata fuerit
ad vendendum quod eam teneat et apportantem denumptiet offi-
ciali et notario domini potestatis ex ordinario qui notarii manifestum
teneantur facere de predictis singulis mensibus scrutinium et culpabiles
repertos in Centum solidis denariorum condempnare. Et si pelliparius predicta
non fecerit condempnetur in quinquaginta solidis denariorum pro qualibet vice et
de predictis credatur iuramento accusatoris vel denumptiantis.

De pena committentium rixas in cavalcatis.

Item ordinatum et provisum est quod potestas et sua familia et omnes alii officiales forenses teneantur et debeant audire bene et diligenter omnes proponentes et postulantes aliquas oraciones.

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona civitatis vel comitatus Castelli aut aliunde audeat vel presumat in cavalcatis aliquibus aut in exercitibus facere aut committere aliquas rixas vel tumultus aut aliquod aliud malum tam in eundo quam in redeundo vel stando extra civitatem Castelli et si quis contrafecerit possit dominus potestas contra talem delinquentem procedere et punire et punire realiter et personaliter prout sibi et domino iudici maiori videbitur expedire considerata qualitate delicti et etiam personarum et loci et temporis.

De offensionibus officialium et eorum penis

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de civitate vel comitatu vel aliunde ausu temerario presumpserit percutere aut percuti facere potestatem vel capitaneum dicte civitatis vel alium eorum locumtenentem vel contra aliquem eorum lanceare vel balistrare capite puniatur. Si vero percusserit iudicem maiorem vel aliquem assessorem alicuius rectoris dicte civitatis maiorem officialem gabellarum vel maiorem officialem dapnorum datorum cum armis et cum sanguinis effusione condempnetur in mille libris denariorum, quam penam si non solverit infra quindecim dies a die late sententie sibi manus dextera amputetur. Si vero aliquis percusserit aliquem predictorum cum armis sine sanguine vel sine armis cum sanguine puniatur in quingentis libris denariorum. Si vero sine armis et sine sanguine condempnetur in trecentis libris. Si vero aliquis percusserit aliquem alium officialem dicte civitatis quam predictos

forensem condempnetur in duplo eius in quo condempnari deberet
de tali maleficio si offenderet civem. Si vero quis alium
offenderet factis vel verbis dicti domini potestatis vel capitanei
condempnetur in quadruplo eius in quo condempnaretur si offen-
deret alium civem. Si vero offenderet verbis vel factis
maiorem sindicum assessorem alicuius rectoris vel offitiales
dicte civitatis maiores offitiales gabellarum maiores offitiales
dapnorum datorum puniatur in triplo eius in quo condempnaretur
si offenderet civem. Si vero offenderet verbis vel factis
aliquem alium offitialem forensem dicte civitatis vel aliquem
familiarium dictorum rectorum et offitialium condempnetur in du-
plo eius in quo condempnari deberet si offenderet civem dicte
civitatis. Si vero aliquis dictorum rectorum offitialium
et familiarium offenderet iniuriose aliquem civem
vel comitatensem dicte civitatis vel alium vel vice versa si ipsos
si offenderet, condempnetur eadem pena qua puniretur
civis offendens alium civem. Et predicta locum habeant
in percussionibus et offensionibus factis in personis rectorum
et offitialium predictorum tam durante tempore eorum offitii quam
etiam tempore sindicatus et adveniendo et redeundo ipsorum. Et
de predictis et quolibet predictorum commissis in persona potestatis et
suorum offitialium et familiarum possit cognoscere et punire
futurus potestas et capitaneus et sindicus maior dicte
civitatis. Et de predictis commissis in personis aliorum offitialium et
familiarum cognoscat et puniat potestas et rector seu
offitiales principales et suis offitialibus et familiaribus
tenentur. Et si non aliquis percusserit vel aliter offenderit aliquem
ex familiaribus dictorum potestatum puniatur in duplo eius quo puniretur
si civem alium offendisset.

De exterminatoribus terre

Item statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque condictionis vel status existat audeat vel presumat destruere vel mutare aliquem terminum de aliquibus possessionibus vel terris sine consensu et voluntate convicini ad quem spectat vel judicis vel alterius officialis de hijs iurisdictionem habentis ad penam centum librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice et plus et minus ad arbitrium domini potestatis inspecta qualitate facti et condictione personarum.

De percussione et admunitione facta manu vacua vel calce.

Dicimus et ordinamus quod si aliquis in civitate vel eius districtu percusserit aliquem manu vacua in facie et sanguis non exiverit condempnetur vice qualibet et pro qualibet percussione in quinquaginta libris denariorum. Si vero percusserit aliquem in capite gula vel collo manu vacua et sanguis non exiverit condempnetur in viginti quinque libris denariorum vice qualibet pro qualibet percussione. Si vero aliquem percusserit manu vacua in alia parte corporis sine sanguinis effusione condempnetur vice qualibet pro qualibet percussione in quindecim libris denariorum. Si vero aliquem percusserit manu vacua in facie et sanguis exiverit condempnetur vice qualibet pro qualibet percussione in centum libris denariorum. Si vero percusserit aliquem in capite collo vel gula et sanguis exiverit condempnetur vice qualibet in ~~quinquaginta~~ viginti quinque libris denariorum. Si vero percusserit aliquem in alia parte corporis manu vacua et sanguis exiverit condempnetur vice qualibet pro qualibet percussione in quindecim libris denariorum. Dummodo non excedat summam quadraginta librarum denariorum quantecumque fuerint percussiones nec condempnari possit aliquis ultra summam quadraginta librarum denariorum pro aliquibus percussionibus manu vacua factis etiam infra [illegible] denariorum condempnetur in omnibus supradictis

casibus si percussio facta fuerit cum calce; quemadmodum dictum est
de percussione facta cum manu. Mulieres autem delinquentes
in suprascriptis casibus vel aliquo predictorum puniantur in medietate
dictarum penarum quibus puniuntur masculi delinquentes. Si vero quis aliquem manu vel
Excipimus a predictis minores duodecim annorum et magistros [illegible] vel calce ad minandum
si eorum discipulos percuterent causa docendi vel corrigendi et non percusserit puniatur pro qualibet
corrigentes vel percutientes uxorem, filios, familiares vice in centum solidis denariorum.
vel alios in eadem familia ad suum victum vestitum morantes
et fratres et alios in eadem domo existentes, si predicta
committentes, quos ad penam aliquam teneri non volumus
dummodo predicta commiserint cum moderamine inculpate
tutele, quod in arbitrio domini potestatis vel sui iudicis maleficiorum
existat. Et etiam excipimus casu fortuito predicta vel aliquod
predictorum committentes, qui puniantur arbitrio potestatis et
sindici maioris. Si quis autem offenderit in aliquo
casuum predictorum aliquam meretricem pena media puniatur

De percussionibus et adminationibus factis cum armis

Item statuimus et ordinamus quod si quis aliquem percusserit in
dicta civitate vel comitatu Castelli, cum azaria,
lancea, clavarina, taccarinere, ronchone, vel qua-
drello, seu guaretta balistrando cum balista vel arcu,
speto, quadrelletto, spata, cultello, bastone ferreo,
maza ferrea, palocta plumbea vel ferrea, vel aliis
generibus armorum hiis similibus in facie et sanguis
exierit condempnetur in ~~centum quinquaginta~~ libris denariorum. Si ducentis lib.
vero cicatrix ex dicta percussione remanserit in facie
condempnetur in trecentis libris denariorum. Si vero in capite, gula
vel collo et sanguis exierit condempnetur in centum quinquaginta.

libre pro qualibet percussione et si ex dicta percussione ossium fractura fuerit
vel aliquod membrum in corpore fuerit condempnetur in ducentis libris pro
qualibet percussione. Si vero in aliis partibus corporis cum sanguine
condempnetur in centum libris denariorum pro qualibet percussione. Si vero
fuerit membrum cassatum condempnetur in ducentis libris denariorum et in
quolibet dictorum casuum si penas in quibus fuerit condempnatus
non solverit infra decem menses postquam in fortia comunis venerit
aut infra dictum tempus parti non fuerit de tali maleficio abscidatur
sibi manus ita quod a corpore separetur. Si vero quis percusserit
+ cum dictis armis vel aliquo ipsorum vel hiis similibus sine sanguine
siquidem in facie capite gula vel collo condempnetur in centum
libris denariorum. Si vero in aliis partibus corporis condempnetur in quin-
quaginta libris denariorum. Si vero quis aliquem percusserit cum
lapide ligno vaso terreo osse vel aliis armis hiis si-
milibus cum sanguinis effusione si quidem in facie condempnetur
pro quolibet et qualibet vice in centum libris. Si vero ex dicta
percussione cicatrix seu signum remansit condempnetur in
ducentis libris. Si vero percusserit cum sanguine in capite gula
vel collo condempnetur in centum libris denariorum et si ex dicta
percussione ossium fractura fuerit condempnetur in centum quinqua-
ginta libris denariorum. Si vero percusserit in alia parte corporis
condempnetur in quinquaginta libris. Si vero quis percusserit
cum dictis armis vel hiis similibus ~~cum dictis armis~~ sine
vel capite gula vel collo. sanguine si in facie condempnetur in centum libris. Si in quinquaginta.
capite gula vel collo condempnetur in quinquaginta libris
Si in alia parte corporis condempnetur in viginti quinque
libris. Si vero aliquis aliquem percusserit cum virga
gleba terre fune vel hiis similibus et cum sanguine
siquidem in facie capite gula vel collo condempnetur
in quinquaginta libris. Si vero in aliis partibus corporis pu-
niatur in viginti quinque libris. Si vero cum dictis armis vel
hiis similibus percusserit sine sanguine puniatur in me-
dietate eius quo puniretur si percussisset cum sanguine

Si vero aliquis contra aliquem balistraverit vel sagittaverit quadrello vel guarotta et ipsum non percusserit puniatur in quinquaginta libris. Si vero aliquis contra aliquem admenaret cum manaria, lancea, clauerina, spata, falcione, cultello vel aliis armis hiis similibus et non percusserit condempnetur pro quolibet et qualibet vice in vigintiquinque libris. Si vero admenaverit vel proiecerit contra aliquem cum lapide ligno vel hiis similibus et non percusserit condempnetur in decem libris. Si vero cum virga gleba terre fune vel hiis similibus et non percusserit condempnetur in centum solidis. Mulieres vero si commiserint aliquid predictorum condempnentur in medietate pene in qua viri condempnarentur masculi delinquentes. Et a predictis et quolibet predictorum excipimus minores duodecim annis et magistros eorum discipulos percutientes causa docendi vel corrigendi, ac etiam corrigentes vel percutientes uxores filios familiares vel alios in eadem familia ad unum victum et vestitum morantes et fratres et alios in eadem domo existentes inter se si predicta committerent, quos ad aliqua pena teneri non volumus, dum tamen predicta commiserint cum moderamine inculpate tutele et cum armis non vetitis. Si vero predicta vel aliquid predictorum commiserit absque moderamine inculpate tutele vel cum armis vetitis arbitrio domini potestatis et maioris sindici puniantur. Si vero predicta vel aliquid predictorum casu fortuito commissum fuerit similiter arbitrio domini potestatis cum consilio et deliberatione maioris sindici puniatur. Si quis autem offendiderit dicto vel facto aliqua meretrice media pena puniatur preterquam ubi veniret ultimum supplicium imponendum.

De corripientibus vel capientibus aliquem per capillos, nasum vel barbam

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis aliquem ceperit per
nasum vel barbam et sanguis exiverit condempnetur in
centum libris. Si vero sine sanguine condempnetur in quinquagin-
ta libris. Si vero aliquis aliquem ceperit per capillos vel spata
sauciavit et in terram ceciderit si cum sanguine condempnetur in ducentis

vel talem percusserit cum manu.

quinquaginta libris in quinquaginta libris. Si sine sanguine
condempnetur in viginti quinque libris. Si vero quis aliquem inspi-
rcit seu spata sauciavit vel cepit per capillos et non ceciderat
in terram condempnetur in quindecim libris. Si vero quis aliquem
per terram traxerit condempnetur in centum libris. Si vero
francos inde alium defamaverit condempnetur in viginti
quinque libris et ad emendationem domini potestatis in duplum.
Et si aliquis alium exposuerit capiton, capellina vel cape-
llu in pertiosum condempnetur in decem libris. Si vero quis aliquem
momorderit si cum sanguine et in facie condempnetur in centum
libris si sine sanguine in quinquaginta libris. Si vero in aliis
partibus corporis cum sanguine condempnetur pro quinquaginta
libris. Si sine sanguine condempnetur in viginti quinque libris. Mu-
lieres autem committentes aliquid predictorum condempnentur in me-
dietate dictarum penarum. Et a predictis exceptamus illos
quos exceptavimus in precedenti capitulo et eundem
modum.

De eo qui debilitaverit vel inciserit alicui aliquod membrum

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis aliquem percuteret
vel aliter offenderet cuius percussione vel offensione
percussus vel offensus perderet manum, nasum vel

oculum perderet vel debilitaretur condepnetur in quingentis
libris. Qua pena si non solvit infra quindecim dies a die late
sententie, simile membrum amputetur eidem offendenti vel
percutienti. Si vero aliquis debilitaret vel amputaret alicui
aliquem digitum manuum condepnetur in ducentis libris. Si
vero pedum in centum libris. Si vero aliquis alicui incideret
aurem vel dentem aliquem cadere fecerit pro quolibet dente
et auricula condepnetur in centum quinquaginta libris denariorum.

De pena insultantium.

Item statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat
facere insultum in Civitate vel Civitatem in aliquam personam
cum armis vel sine armis et qui contra fecerit si fuerit ad
domum alicuius propriam vel conductam seu gratis concessam
et cum armis evaginatis condepnetur in centum libris denariorum,
si cum armis non evaginatis condepnetur in quinquaginta
libris. Si vero sine armis condepnetur in viginti quinque libris.
Si vero in via publica vel alibi cum armis evaginatis con-
depnetur in viginti quinque libris. Si vero cum armis non
evaginatis condepnetur in quindecim libris denariorum. Si vero
sine armis condepnetur in decem libris. Excipimus quod
dictas mulieres que puniantur et puniende remaneant
arbitrio domini potestatis et sindici maioris. Et intelligatur
esse insultus in omnibus supradictis casibus, quolibet tempore quando
aliquis venerit appensate contra aliquem animo iniuriandi et
offendendi eum, non autem intelligatur esse insultus quando
primo venerit ad illam cum et immediate sequeretur

insultus et si insultans pervenit ad aliquem actum adim-
nationis vel percussionis puniatur pro alio tunc lege pro insul-
tu vel pacto de quo maior pena esset ex forma statuti.

De pena percutientis vel offendentis parentes

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona percusserit patrem
vel matrem, avum vel aviam potestas teneatur et debeat illam
personam que delinquerit in predictis vel aliquo predictorum casuum
per decem annos vel quinque annos in carceribus communis detinere et
ferris in pedibus compedire, si delinquens capi poterit vel [illegible]
si fuit cum sanguine et si fuit sine sanguine detineatur
per unum annum; Si vero capi non poterit, [puniatur] et depingatur in pa-
lacio cum quo puniri et condempnari deberet si captus esset offe-
disset, et quod in dicto casu possit potestas procedere per
inquisitionem et omni modo quo voluerit ad inveniendum
veritatem, Et quod de offensionibus que fierent inter [alios] coniunctos
sine sanguine et percussione acriorem inquiri non possit, sed so-
lum per accusationem procedatur, et in ipso casu pene non dupli-
centur.

In nichilominus condempnetur in penis in statutis contentis.

De filio vel nepote qui commisserit aliquod malleficium

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis filius vel nepos vivente
patre vel avo paterno aliquod malleficium commisserit, de quo
capitalis pena veniret principaliter imponenda et bona
publicanda, quod tunc pater vel avus pro dicto filio vel nepote
legitimam ad satisfaciendum cogantur, salvo quod dicta legitima

fuit tempore malleficii perpetrati et dicta legitima dominus potestas et alii offitiales dicti comunis executionem faciant secundum formam statuti de tali malleficio loquentis. Et si esset bonus pater dicti filii vel nepotis et idem intelligatur in filio vel nepote emancipato qui non habuit patrem suum a diu ... parte vel avo

De pena alicuius qui dixerit alicui verba iniuriosa vel improperatoria

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis alicui dixerit ista verba iniuriosa vel aliquod ipsorum videlicet cornuto, becco vel huius similia verba condempnetur in quinquaginta solidis bonorum. Salvo quod ubi diceretur becco cornuto vel huius similia verba alicui qui non habuisset vel haberet uxorem ad dictam penam non teneatur. Si vero alicui improperavit aliquam iniuriam spetialiter notando facta et illata sibi, patri, matri, avo, avie, filio, filie, nepoti vel nepti ex filio, fratri vel sorori, uxori, vel quod ipse vel aliquis predictorum alteri fecisset vel improperavit aliquam penam corporalem inpositam alicui predictorum condempnetur pro qualibet vice in quinquaginta solidis bonorum. Si vero aliquis alicui dixerit ista verba iniuriosa vel aliquod ipsorum videlicet traditore, falsario, latrone, furone vel huius similia puniatur pro quolibet verbo et qualibet vice in decem libris bonorum. Si predicta verba dixerit pro temporis intervallum et si unus contestim unum vel plura dictorum verborum dixerit condempnetur solum in decem libris. Si vero aliquis alicui aliqua alia verba iniuriosa dixerit teneatur in instanti sine temporis intervallo

cruciatum in centum solidis. Mulieres autem predicta vel aliquod predictorum committentes condempnentur in medietate dictarum penarum. Et quod sint verba iniuriosa vel non remaneat in arbitrio potestatis.

De duplicatione penarum.

17. Item statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis maleficiis et delictis pene duplicentur si dicta malla vel delicta fuerint commissa in aliqua ecclesia dicte civitatis vel in palatio dominorum priorum vel in palatio dicti communis residentie domini potestatis et intelligatur palatium cum stallis suis vel in curia alicuius offitii dicti communis, vel in platea communis et intelligatur platea communis a porta clausura Sancti Floradi usque ad logiam communis inclusive et circumcirca prout non limitata platea vel in exercitu et cavalcatis fiendis pro dicto communi vel quando esset rumor in dicta civitate, vel ubi vel iuxta portas dicte civitatis que aperiuntur, per viginti quinque pedes, vel qui quis iret ad consilium vel a dicto consilio rediret, vel in foro quod fit in plana in ponte prati et circa portam Sancti Floradi et circa portam sancte Marie in die fori vel in domo vel circa domum habitationis offensi vel in loco nuptiarum vel funeris vel in alio loco ubi iret vel rediret pro eo vel in macello maiori prope palatium dicti communis, et in hospitali aut prius domini episcopi, vel si offenderetur ambassiatores eundo et redeundo vel rectores fraternitatis sancte Marie, dum sunt in exercitio eorum offitii, vel in die nundinarum vel si forenses offenderent cives vel comitatinos dicte civitatis. Et non intelligatur forenses quos ad predicta si habitant in dicta civitate vel comitatu familiariter continue per unum annum, vel si committerent de nocte post pulsationem campane que pulsatur de

soco ad penam duplam, que pulsari debeat circa occa
sum solis usque ad sonum campane que pulsatur
de mane predicte, vel si committeret contra aliquem ~~officialem~~ Rectore
dicte civitatis vel si aliquis ad vindicandum percuteret aliquam
coniunctam personam usque in quarto gradu secundum ius civile
de consanguinitatis agnationis alicuius qui primo offendisset, eodem
tali primo offendente existente in quibus omnibus et singulis
casibus supradictis pene duplicentur, salvis semper statutis
si que maiores imponerentur penas.

Quod nullus trahat ad iudicium aliquam personam de civitate
Castelli.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona civis
comitatinus vel forensis audeat vel presumat trahere
ad iudicium extra civitatem castelli in aliqua alia personam
de civitate vel comitatu castelli vel habitantem in ipsa civitate
vel comitatu de civitate vel comitatu castelli. Et qui contrafecerit b.
condempnetur in quingentis libris denariorum, et insuper [illegible] dictos [illegible]
putandos [illegible] quo petas fuit [illegible] de renuntiando
citationem vel litteras impetratas. Et quod dictus dominus potestas
sub dicta pena teneatur et debeat ad instantiam citati
de civitate vel comitatu castelli compellere vel mandare
illi qui traxisset ad iudicium quod debeat dicto processui re
nuntiare. Et intelligatur trahere ad iudicium persona
citata et si quis fuit tractus ad iudicium de dicta civitate
vel comitatu, domini priores qui pro tempore erunt teneantur et
debeant facere fieri de pecunia dicti communis expensas defendi
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]. Et si fuit talis

trahens ad judicium extra dicta civitate vel comitatu non
suppositis jurisdictioni curie dicte civitatis teneatur et debeat
comparare ad petitionem et instantiam illius quem extraxisset in
pena ducatorum decem, et si non comparavit eius consanguinei et
similiores compellantur per dominum potestatem in ducentis libris
denariorum, et nullus audeat vel presumat laborare bona talis
non suppositi, et si laboravit fructus teneatur mittere
in curia donec comparavit pena centum librarum denariorum. Et si
contingeret quod aliquis traheret ad judicium aliquem de sua
potestate, et obtineret aliquam sententiam, potestas nullus rector
vel officialis dicte civitatis audeat vel presumat facere
executionem talis sine ad pena quingentarum librarum denariorum. Et
potestas non vendicet sibi locum in casu in quo aliqua
questio spiritualis ventilaretur inter aliquos layicos vel cle
ricos coram domino episcopo vel eius vicario et sua fecerit, et
vellet aliqua partium appellare ad dominum papam vel eius vi
carium vel legatum.

De quocumque civis comitatinus vel forensis tenet aliquam
turrim castrum, palatium vel fortilitia vel alias res
communis teneat et debeat relaxare, et de pena non relaxantis.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque civis comita
tinus vel forensis cuiuscumque status conditionis
et condictionis existat tenuit vel tenerit fuit aliquam
turrim castrum, turrim, palatium dicti communis fortilitiam
seu aliquam aliam possessionem rem seu bona mobilia
vel immobilia dicti communis dicte civitatis vel civitatis dicte civitatis
vel de quibus dictum commune a quinquaginta annis citra fuit in possessione

22

seu quasi in ciuitate dicte Ciuitatis, seu extra districtum dicte Ciuitatis
teneatur et debeat ~~[illegible] publicare~~ ad requisitionem dominorum [illegible] seu ordinem per dominos priores [illegible] dominum potestatem dicte Ciuitatis
~~[illegible] reputand[illegible]~~, ipsam terram castrum turrim pa-
latium, fortalitia, possessiones, res et bona ipsi [illegible] recuperare
liberare et restituere ad penam tenentis terram uel castrum
turrim uel palatium seu fortalitia // [illegible] ipsorum Et

i. non [illegible] restituet et libere relaxauerit [illegible] domini [illegible].

elapso dicto termino dictus potestas et quilibet alius offitialis
dicte ciuitatis habens iurisdictionem teneatur et debeat ad penam
arbitrio florenorum [illegible] perdere [illegible] et reptos
culpabiles in persona et rebus condempnare et punire et [illegible]
si in forcia curie uenerit faciat caput a spatulis amputari
ita quod moriatur ~~et si eum habere non poterit exbapniatur~~
~~et condempnatus sit et intelligatur in persona et rebus~~
~~et si quo tempore peruenerit in forcia curie capite puniatur~~ //.
et debeat omnia bona talis delinquentis facere publicari
effectualiter et uenire in curia, non obstante aliquo priui-
legio indulto seu rescripto alicuius principis seu domini ecclesiastici seu secularis
est quo ad predicta ipso iure sit nullum // Si autem fuerit
possessio seu res mobilis condempnetur et puniatur ad
restitutionem ipsius rei seu possessionis et fructus perceptos
et in potestate predictorum arbitrio domini potestatis. Et predicta non [illegible]
[illegible] dicte Ciuitatis

Et quod nullus [illegible] audeat uel presumat [illegible] [illegible] et quod [illegible] domini potestatis [illegible] puniatur.

Et additum predictis [illegible] domini potestatis [illegible] per dominos priores elapso termino [illegible] uel domini potestatis [illegible] si [illegible] restituerit terras castrum turrim palatium uel aliquod aliud fortalitium [illegible] plenam [illegible] et liberam potestatem arbitrium [illegible] modo iurisdictionis [illegible] alte et basse [illegible] et [illegible] ciuitatis [illegible] dicte ciuitatis uel [illegible] possit [illegible] et debeat [illegible] domini potestatis [illegible] et in obedientes possit multare et condempnare [illegible]

De pena magnatum offendentium populares

Item prouisum et ordinatum est quod si aliquis de domibus uel con-
sortationibus [illegible], legitimus uel non legitimus sub po-
testate uel non sub potestate iurisdictione [illegible]
[illegible] dicte ciuitatis [illegible]
[illegible] et quod dictus dominus potestas possit et liceat [illegible] ciuitatis possit et ualeat
[illegible] tenere aliquam terram castrum palatium turrim uel fortalitia [illegible]
[illegible] prout sibi melius uidebitur expedire [illegible] dominos priores
dicte ciuitatis [illegible] et [illegible] debeat et inuiolabiliter
obseruari.

22v

vel inferri fecerit aliquem de populo Civitatis Castelli vel eius di-
strictus in Civitate comitatu vel districtu dicte Civitatis vel alibi
pena capitis puniatur ita quod omnino moriatur et eius bona
omnia dicto communi pro dimidia adiudicentur et confiscentur, et pro
alia dimidia heredibus dicti popularis occisi adiudicentur
et adiudicata esse intelligantur pleno iure. Et insuper
illi de domo talis magnatis vel facientis populares
vel inferri facientis in libris duabus milibus denariorum dicto
communi condempnentur, qua condempnatione dictus potestas de facto
exigere teneatur et debeat sub pena quingentarum librarum
denariorum, cuius pene quarta pars sit accusatoris et residuum
sit communis. Si vero aliter offenderet vel offendi faceret
vel aliquod delictum vel iniuriam faceret vel fieri faceret
contra aliquem ex popularibus supradictis puniatur quadruplo
pena qua puniretur aliquis popularis offendens
vel iniuriam faciens alicui populari et in hiis pacis(?) be-
neficium non vendicet sibi locum, et quod magnates
possint inquiri ad cornetum(?) potestatis in casibus in quibus
procederetur ~~inquisitio~~ inquisitio et tortura super premissis statutis.
Et intelligantur eodemmodo esse de populo castellano quo
ad predicta et infrascripta quicumque est vel esse consueverit
vel esse potest de corpore populi et omnes alie persone
civitatis, comitatus, castrorum et districtus eiusdem, que sunt
subiecte in temporali iurisdictione potestatis dicte Civitatis. Et
si quis de populo Civitatis Castelli vel aliquis alius tam
de civitate quam comitatu vel districtu Castelli vel etiam alienus
fecerit et associaverit aliquem magnatem de dominibus(?) vel
cognationibus eius ad aliquod malum committendum capite
puniatur ita quod penitus moriatur et eius bona omnia
confiscentur et adiudicentur dicto communi pro dimidia et pro

alia terminata heredib(us) infra(scrip)tis. Si v(er)o aliquis vel p(ro)cedat assi-
stat aliqui magnati de domib(us) vel co(n)grationib(us) ante(dic)tis
ad aliquid aliud malum com(m)ictendum solvat quadrupla(m)
pena(m) sicut magnas qui malum p(er)petraret vel faceret
p(er)petrari, et talis p(o)p(u)laris assistens tali magnati non
habeatur ab inde in antea p(o)p(u)laris, s(ed) a beneficiis et pri-
vilegiis et honorib(us) popularib(us) com(mun)is p(er)petuo sit ex-
clusus, et si talis popularis non p(er)venerit in forcia co(mun)is
castelli, cogatur magnas assistens p(ro) eo solvere d(i)c(t)am
pena(m), et si revocaretur in dubium utru(m) magnas offe-
dens vel offendi faciens ut supra in p(rese)nti capitulo co(n)tinet(ur)
fuit de magnatib(us) vel q(uod) p(o)p(u)laris fuit de p(o)p(u)larib(us), et aliter
p(ro)bari non possit, sufficiat p(ro)batio publice fame q(uod) fuit
de magnatib(us) vel p(o)p(u)larib(us) supradictis, ita q(uod) p(ro)batio publice
fame de p(re)dicta p(ro) plena p(ro)batione habeatur. Et ad
p(ro)bandum q(uod) aliquis de magnatib(us) supradictis com(m)isisset vel co(m)-
mitti fecerit p(er) se vel aliquem suum familiarem vel aliquem
alium aliquod malum cont(ra) aliquem de p(o)p(u)lo castellano suffi-
ciat et sufficere debeat publica fama, et habeat(ur) p(ro) plena
et legitima p(ro)batione, et testes cont(ra) p(re)dictos magnates vel
alios offensores sup(er) p(re)dictis vel aliquo ipsor(um) recepti non
possint vel debeant reprobari. Et de p(re)dictis et quolibet
p(re)dictor(um) d(omi)n(u)s potestas possit et sibi liceat ac teneat(ur) et debeat
inquirere et procedere et p(ro)cessum et inquisitione(m) forma-
re et facere sine accusatore et ex suo p(ro)p(ri)o officio puni-
re stricte.

Ne magnates possint intrare p(er) palatium

Item premissum et ordinatum est, quod nullus magnas de
domibus vel congregationibus predictis audeat vel presumat in
trare palatium dominorum priorum predictorum nec palatium po
testatis vel sindici maioris vel notarii plani vel in
trare curiam alicuius officii forensis dicte civitatis sub pena
centum librarum denariorum parvorum, et qualibet vice qua contrafactum fuerit. Et
de predictis potestas possit et ei liceat ac teneatur et debeat
ad petitionem et instantiam cuiuslibet accusantis vel denuntian
tis procedere et ex eorum officio cum gestis inquisitionis inquirere
et quemlibet possit accusare et denuntiare et teneatur eius nomen
in secreto, nec teneatur accusator vel denuntiator se sub
scribere vel fideiussorem dare. Salvo quod si accusaretur
vel contra eos inquireretur vel procederetur per dominum potestatem
vel aliquem alium officialem dicte civitatis de aliquo maleficio vel de
licto, tunc intrare possint dicta palatia et curie, et se
presentare coram illo officiale qui contra eos procederet, cum
citatus vel requisitus fuerit ad respondendum inquisitioni
vel accusationi factis contra eos vel essent tamen torture et
non aliter. Et facta responsione possit et eis liceat pro
parte defensionis facere. Etiam si maleficium esset tale quod in
poneretur pena sanguinis vel corporalis, propterea tunc
deberet arrestari postquam sua vel suorum iniuria possit
etiam tunc intrare dicta palatia et accusationem porrigere
et facta alia in dicta materia prosequatur, et prosequi possint
pro parte tamen, etiam si esset tale maleficium ad quod pro parte
de iure admitti non deberet. Et amplius pro dicta causa
dicta palatia intrare non possint nec debeant ullo modo
sub dicta pena. Et si tamen magnates vel aliquis eorum
accusaret fictitie, quesito colore causa intrandi dicta
pallatia vel alicuius officii predictorum vel alicuius eorum, quod probari
possit per publicam famam, talis accusator vel accusans co

depnet p potate in libro centu dn penali unc Et
dn potest ipsi no possit ul eis liceat dare licentia
dcis magnatib intrare dca palatia ul aue ipor offitis
ul aliud cor et si daret no ualeat si codepnetur in
libr ducentis dn pennis unc qualz, Et saluo qd
pdca locu no habeat quado dci magnates uet ad
cosiliu maius regale, ul ad cosiliu duor por ipsis
requisiti cu alijs sapient dce Ciuitatis, ul quado no
careretur expsse dicor por ipsis ad aliqd offitiu ul
ad aliqua ambasiata ad qua ul quos cos eligeret
ul quado uocaretur ad testimonium faciedum in causa
criminali, ul quado essent detenti in dcis palatijs ul
aue p satisfationib ul solutionib cor que deberet
coi seu alij Uniuersitati ul spali psone in quib casibus
possint intrare palatia, aue dcas et no aliter sb
dca pena,

De potas loquat magnatib post tertiu sonu campan,

Item plisium, ordinatu est qd si potas post sonum
campane que pulsatur ppena duplicanda loquaret
cu aliquo expdcis magnatib ul aliquib Judex ul
offitial di eis codepnetur penali libr in centu libr
dn, Et dpdis offitis ofaciens in suo offitio debeat
expressus sindicari et in dca penitate codepnari,

De pena no supposite iurisdicton dn potate offendente
popularem:-

24 v

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de domibus et congregatio-
nibus supradictis non subiectus iurisdictioni domini potestatis civitatis Ca-
stelli vel qui declinaret iurisdictionem predictam offenderet
vel offendi faceret aliquem popularem, quod prior consanguineus
teneatur solvere illam penam pecuniariam quam solvere teneretur
talis non subiectus vel iurisdictionem declinans pro ipso malleficio
contra formam statuti dicte civitatis. Si vero interfecerit vel interfici fe-
cerit aliquem popularem illi de domo eius in libris duobus
milibus denariorum de facto condempnentur. Et dominus potestas sub pena
quingentarum librarum denariorum dictam penam de facto statim pro dicto
comuni exigere teneatur a dicto priore et ab aliis omnibus
de eius domo in solidum statim facta licita quod talis non sub-
iectus vel iurisdictionem declinans malleficium vel homicidi-
um commiserit vel commicti fecerit sine condempnatione aliqua
vel processu. Et quilibet declinans impune offendi possit.
Et quod dictus potestas eiusque iudices et officiales de hiis que predicta
fierent nulla pena puniantur et de predictis possit modo
aliquo sindicari. Et in predictis et quolibet predictorum fama publica
pro plena probatione habeatur.

Quod omnes preter magnates trahant ad palatium priorum.

Item provisum et ordinatum est quod si aliquis rumor quacumque
de causa vel quocumque tempore oriretur in civitate Castelli,
quod omnes populares cum armis et sine trahere debeant
ad priores ipsos et eorum auxilium et favorem prestare et dare.
Et qui tempore rumoris traxerit ad aliam personam in
quingentis libris denariorum de facto puniatur et sententialiter
condempnetur. Preterea volumus quod nullus de predictis
domibus nec aliquis de prole militari trahat cum armis vel sine
pedes eques vel equus trahat ad plateam vel ad aliquam

stratam regalem, et si tempore inceptionis rumoris fuerat
in platea vel stratis redire debeat ad domum suam et
ibi stare quousque sedatus fuit rumor, et quousque fecerit
pon. tre presentare domino marchioni et rectori Civitatis, comitatus
Castelli, pro tempore dicte annone committatur que si non fecerit
in pena incurrat et persona / offendi possit / quarum pe-
narum dicte magnatum / quarta pars sit officialis exigentis
residuum sit comunis /

Infra quantum tempus cognosci possit de maleficiis commissis
per magnates

Item dicimus et ordinamus quod de omnibus et singulis homi-
cidiis, proditionibus / robariis / furtis, et falsitatibus que com-
mitterent per aliquem magnatem de ipsis talibus dominus
possit et debeat per dominum potestatem et eius curie et alios officiales
ad quos spectaret cognosci procedi condempnari et puniri
infra quinque annos a die commissi maleficii / de aliis vero maleficiis
que per eos committerentur, possit cognosci procedi condempnari
et puniri infra duos annos a die commissi maleficii computandos

Domus autem seu congregationes de quibus supra dicitur
et contra quos suprascripta ordinamenta sunt condita, sunt
hec scilicet

Omnes et singuli marchiones de monte Sancte Marie
de Petriolo / de Civitella, et omnes alii marchiones
de domo dicte civitatis et eorum descendentes per rectam
lineam masculinam legitimam et non legitimam.

Omnes et singuli de Ubaldinis et dicimo Ubaldinorum et eorum descendentes in perpetuum per lineam masculinam legitimi et non legitimi

Omnes et singuli de Guelfutiis et dicimo Guelfutiorum et eorum descendentes in perpetuum per lineam mascolinam legitimi et non legitimi

Quod priores accipiant possessionem ecclesie vacantis que esset in litigio.

Statuimus et ordinamus quod si aliquam ecclesiam in Civitate
Comitatu vel districtu castelli vacare contingeret in futurum
per mortem alicuius electi clerici vel prelati seu per renovationem
vel renuptiationem vel alio quocumque modo de qua esset
questio, quod domini priores potestas et priores ipsius dicte Civitatis
pro tempore existentes, scilicet illi vel illis ex eis qui requisiti
fuerint teneantur et debeant ex debito eorum offitii et convocato
iuramento ad instantiam partis que fuit dicta Civitatis
comitatus et districtus castelli et non aliunde accipere possessionem
talis ecclesie vacantis de qua esset questio, et dictam
ecclesiam per eorum familiares quos et quot pars voluerit
in palatio prope domini dicti, cortis, per quolibet familiari et per
quolibet die expensis alibi et potius eos dandis per partem ad
cuius instantiam possessio accepta fuit facere custodiri
donec questio fuit determinata et sopita, et dicta questione
determinata possessio talis ecclesie parti cui danda fuit posse-
ssio relaxare et dare. Et si quis possessionem alicuius ecclesie aut
bona vel possessionem eius que ut predicitur vacaret detineret seu
ad voluntatem domini potestatis vel priorum ipsius eorum famulis non
exiberet aut non daret aut possessionem predictam eorum famulis
acciperet vel eos in eis turbaret vel iniuriaretur: si fuerit
magnas in libris mille denariorum et popularis in libris quinge-
ntis denariorum communi castelli similiter condempnetur. Si vero fuerit
effusio capud a spatulis amputetur. Si vero fuerit non sub
positus iurisdictioni communi castelli seu de non iurisdictione
delinquens ex predictis condempnetur extra patriam si fuerit
magnas in libris mille denariorum et si fuerit popularis in libris
quingentis communi predicto sibi condempnetur, absque aliquo processu
de eis faciendo. Quam penam dominus potestas exigere teneatur
et debeat sub pena librarum quingentarum denariorum a proximioribus
consanguineis predictorum et ille qui predictam exactionem fecit

et predicta debeant fieri requisito tamen consilio
ut ad quod exigeret quartam partem et residuum sit comunis / Et predicta
debeant fieri requisito tamen consilio domini episcopi si tunc esse in
civitate contingeret.

Que statuta nominentur statuta Iustitie

Item ordinamus et decernimus quod suprascripta omnia ordinamenta et singula sive statuta videlicet in octo proximioribus statutis precedentibus, et ea omnia que in ipsis octo statutis sive ordinamentis continentur et comprehenduntur, suprascripta sint nominentur nuncupentur et appellentur et nominari et appellari possint et debeant perpetuo ordinamenta et statuta Iustitie populi Castelli et sint firma perpetua rata et valida et quod in perpetuum ipsa ordinamenta iustitie vel aliquod ipsorum nullam mutationem detractionem correctionem vel interpretationem recipiant, immo de ipsorum mutatione cassatione suspensione revocatione detractione correctione vel interpretatione aut dilatione aliquid contra quam predictorum ordinamentorum iustitie vigore in futurum occurrerent quolibet exequenda per ponere proponi arengari scribi vel reformari non possit vel debeat in aliquo consiliorum dicti populi vel comunis magno vel parvo, immo etiam in societate sive massa populi dicte civitatis aut in generali adunantia vel etiam parlamento, et si quis proponeret arengaretur scriberet proponeretur vel reformaretur non valeat nec teneat sed ipso iure sit nullum et insuper dominus potestas et priores populi et quilibet alius qui contra predicta proposuerit arengaverit vel scripserit penam mille librarum denariorum parvorum ipsorum ipso facto incurrant absque aliquo processu vel condemnatione de quibus [illegible] fiendi que per [illegible] exigat et de salario dicti domini potestatis [illegible] camerarius debeat retinere et ab officiis quibus populo vel [illegible] possent

sint privati & amoti in toto & in perpetuum ab aliquo offitio
comunis et predicti non possit vocari elegi vel assumi et quod in
futurum in omni statuto ordinamento vel reformatione
derogatione sive suspensione que fieret in quocumque
consilio comunis vel populi dicti magno vel parvo supra
pone dici debeat quod ordinamenta iustitie debeat populi
castellani firma & rata remaneat vel talis derogatio
sive suspensio a nullo proponi possit vel stabili aut super
ipsa arengari sub pena quingentarum libr. den. volt. Et
statutarii dicti comunis qui in futurum eligerentur sub dicta
pena predicta statuta et ordinamenta iustitie de verbo ad
verbum in volumine statuti ponere teneantur quorum ord.
et statuti iustitie observantia dominus potestas & omnes maior
et rectores offitiales & rectores populi in eorum offitii principio iurare
expressim teneantur sub pena quingentarum libr. den.
pro quolibet ipsorum et sub eadem pena cancellarius comunis
de predictis iuramenti rectoribus & offitialibus supradictis computare
expressim teneatur in consilio vel coram aliquo non obsta
tibus aliquibus capitulis statuti & ordinamentis dicti comunis.

De hiis qui comiserit incendium vel vastamentum.

Item statuimus & ordinamus quod siquis incendium vel
vastamentum fecerit in vineis bladis vel arboribus
seu rebus aliis quibuscumque similibus et dapnum datum
fuit a decem libr. infra condepnetur & puniatur secundum formam
statuti dapnorum datorum de quibus dapnis cognoscat offitialis
super dapnis datis deputatus. Quod dapnum datum fuit
ex dicto incendio vel vastamento a decem libr. supra usque in quinquaginta
libr. den. condepnetur in quinquaginta libr. den. Quod dapnum
datum fuit a quinquaginta libr. supra usque in centum condepnetur

in centum libr. den. / alibi vero extra civitatem quocumque committatur
dapnum sit condepnetur in ducentis libr. et plus in
quolibet casuum predictorum arbitrio potestatis inspecta qua
litate facti et condictione persone Et nichilominus in
quolibet casuum predictorum condepnetur talis delinquens
dapnum passo in duplo eius quod dapnum dato passus
fuit et in predictis et quolibet predictorum sufficiat probatio unius
testis bone fame cum publica fama loci ubi dictum incen
dium vel vastamentum factum fuit vel iuramentum
illius qui dapnum passus fuit cum dicta publica fama
probata per quatuor testes bone condictionis et fame/

De occidentibus vel debilitantibus animalia aliena.

Item Statuimus et ordinamus quod si aliquis de civitate
vel comitatu castelli vel alicunde occiserit vel debilitaverit
ita quod efficiatur inutile aliquod bovem vaccam equum
equam, mulum, mulam, asinum, asinam, bufalum, vel bufala
dapnum dantem in possessione propria vel condecta ipsius
patientis condepnetur in decem libr. den. / Si vero aliud
quod in suo dapno aliquam de predictis bestiis occiderit occi
serit vel debilitaverit ita quod inutilis efficiatur condepnetur
in vigintiquinque libr. den. Si vero occiserit vel debilitaverit
ita quod inutilis fieret aliquem porcum, capram, pecudem,
castronem vel aliquam aliam bestiam in suo dapno condepnetur
in quadraginta sol. den. / Si vero alibi quam in suo dapno
puniatur in centum sol. den. / Et in quolibet casuum predictorum
dapnum emendet dapnum passo iuxta extimationem
infra mensem a die quo petitum fuit ab eo / et si infra
dictum terminum non emendaverit cogatur emendare cum
quarto pluri.

Quod nulla persona sit vel fortelitia rebellet.

25. Item statuimus et ord. quod nulla singularis persona vel uni
versitas vel collegium audeat vel presumat rebellare ci-
vitati Civitatis castelli vel aliquod castrum seu munitionem
turrim palatium seu fortelitiam in civitate seu comitatu
vel districtu castelli, quod libere ad omnem petitionem et voluntatem
domini potestatis dicte civitatis vel priorum appellatis et populi ipsi
dicte civitatis, ipsum castrum, turrim seu palatium, muni
tionem seu fortelitiam quandocumque requisitus fuerit dare ad faciendum
et ponere in fortia communis dicte civitatis ad terminum ei
datum. Et quicumque contrafecerit condempnetur per dominum potestatem
tamquam rebellis, falsarius et turbator pacis civitatis
et districtus castelli ad ultimum supplicium ita quod mo
riatur et bona delinquentis destruantur communi dicte civitatis.
Et teneatur potestas post dictum castrum turrim palatium
fortelitiam et munitionem funditus destrui et devastari
facere si erit illius vel illorum qui [illegible] vel cum rebella
verit et si essent vel erunt communis propter illa [illegible] penitus
destruatur. Et quicumque talibus faventibus et receptantibus
in predictis vel circa predicta dederit consilium auxilium vel
favorem puniatur et condempnetur per dominum potestatem in tali pena arbitrio potestatis
quinquaginta libris [illegible] sine remissione aliqua
et condempnatione exire non possit nisi soluto dictum
bapnum. Et hoc capitulum ab omnibus observetur.

Quod nullus rehedificet castrum vel fortalitia.

Statuimus et ord. quod nulla universitas vel communantia
alicuius castri vel loci vel aliqua singularis persona aude-
at vel presumat reficere seu refici facere aliquod ca-
strum destructum per commune castelli, quod ~~destructum esset aliquis~~

~~[illegible] premio [illegible] circa~~, nec fortalitia seu munitate
nec aliqua novitatem facere maliciosam vel suspecta
p(er) se vel alium in civitate vel districtu Civitatis Castelli
sine voluntate d(omi)ni pot(estati)s et ~~p(ro)p(ri)um consilii generalis~~ [consilii (et) speciale] et s(in)g(u)l(ariu)m seu singularum p(ersonarum)
universitas vel comunantia. Et si fecerit contrafecerit loco
ipsius comunancie et universitatis [et sindicum et p(er)sonas] p(er) d(omi)num potestatem maioris
ille d(omi)ni, et teneat(ur) d(omi)nus potestas omne q(uo)d hedificatum et
positum est et omnem novitatem facta in d(ict)o loco vel
aliquo p(re)dictorum facere [illegible] destrui et demoliri ad
petit(ionem) civib(us) petentib(us) vel denuntiatis. Et si p(re)dicta
potestas facere neglexerit infra octo dies postquam ei de-
nuntiatum fuerit p(er)dat de suo salario trecentas libr(as)
d(enariorum), nichilominus teneat(ur) et debeat potestas inquisitionem facere
de p(re)d(ic)tis et cum effectu videre p(re)dicta quolibet mense. Si c(on)tra
hoc capitulum factum esset in aliqua parte civitatis et con-
de(m)pnare vel superesse contineat sub d(ict)a pena in p(re)d(ic)tis
sindicus co(mmun)is statim debeat eum condempnare. Et nulli
sit licitum appellare a p(re)dictis condempnatione nec intelligatur
appellans, ~~Salvo [illegible] capitulo [illegible]~~. Et quod si aliqua
munitio vel fortalitia in aliquo castro vel fortalitia
civitatis q(uo)d fuit destructum p(er) co(mmun)e Civitatis Castelli a d(ic)to
tempore citra, facta esset, teneat(ur) potestas ipsam munitionem
vel fortalitiam que facta esset postea vel remansisset
tempore destructionis facte per ipsum co(mmun)e destrui et demoliri
si [d(omi)no et consilio] ~~[illegible]~~ videbitur expedire, in quibus omnibus
teneatur et debeat d(ic)tus d(omi)nus potestas penam facere, hac
[illegible] additione post [illegible] seu [illegible]. Item quod nullus
forensis possit hedificare vel hedificatum acquirere turrim
vel palatium vel aliqua alia fortalitia in aliquo castro
d(ict)e Civitatis vel alibi in alia parte d(ict)e Civitatis comitatus
seu castrum aliquod hedificare in d(ict)o comitatu. Et p(re)d(ic)ta locum non habeant
in [illegible] d(ict)e Civitatis hedificantibus seu rehedificantibus in corpore
seu possessione aliquam domum vel palatium.

Quod nemo faciat turrem vel palatium in aliquo castro

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona civitatis vel comitatus
vel aliunde cuiuscumque conditionis sit, audeat vel presumat
hedificare vel hedificari facere in aliquo castro civitatis
aliquam turrim, palatium, seu fortalitiam, altius vel altum
ultra viginti pedes, sine licentia et expresso consensu
consiliariorum civitatis tantum et domini potestatis ipsius. Et si quis
contra fecerit aliquo modo puniatur et deponatur in quantitate
librarum ducentarum sine aliqua remissione, et nichilominus quod hoc
destruatur aut hedificata esset contra formam presentis statuti
destruatur et potestas possit procedere in predictis ad penam
et alias de inquirendo, procedat et inquisitionem et omni
modo quo sibi videbitur et placebit ut predicta melius
observentur.

De pena offendentis forensis.

Dicimus et ordinamus quod si aliquis de civitate castelli
vel eius districtu offenderet vel offendi faceret aliquem
forensem, patiatur illam penam quam pateretur dictus fo-
rensis si offenderet aliquem civem nostrum vel co-
mitatinum in terra sua seu civitate talis forensis
et secundum formam capitulorum civitatis unde esset talis forensis
offensus. Et predicta locum habeant si pena apposita
in civitate vel loco talis forensis sit minor quam
pena in nostro statuto contenta. Et non intelligatur forensis quo ad predicta
qui continue habitaverit in dicta civitate vel comitatu per decem annos continue.

De non sustinendo iudicatore vel vicario potestatis.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis non sustineat iudicatori et
executioni domini potestatis, sive civis, sive comitatinus, fuerit inventus
arma portare contra formam statuti puniatur de facto in penam istam
contentam in capitulo de portantibus armorum, et dicti tales inventi
per dictum potestatem vel alium officialem non possit relaxare dicti
dicta pena soluta integraliter, et dictus potestas predicta facere
teneatur ad penam centum librarum denariorum cortonensium, et quod aliter et de
predictis non possit nec debeat sindicari.

De illis qui non sunt sub iurisdictione et protectione potestatis

Firmamus et decernimus quod si aliqua persona fuerit que non
sit sub iurisdictione et protectione comunis Castelli, seu que
diceret se esse non subposita iurisdictioni et protectioni potestatis
et capitanei et dicti comunis dicendo se non debere sub potestate
et suis iudicibus alicui respondere nec datia vel collecta
vel alias factiones comunis eis impositas facere et pre
stare facere pervenerit aliquo ad ordinem [illegible]
et iurisdictionem et protectionem comunis condepnetur per dominum
potestatem comunis Castelli indicentibus libre decem, et nichilominus
datia et alias factiones sibi impositas vel a tempore
sue tempore domini Petri de Petramala olim potestatis Civitatis
Civitatis Castelli citra, debeat solvere et cetera de-
bita que per eum soluta non essent. Et quilibet possit
accusare et denumptiare et habeat medietatem banni. Item quod
quicumque non fuerit vel noluerit esse sub iurisdictione
domini potestatis et comunis Castelli ab omnibus offitiis dicti comunis
excludantur. Et predicta omnia suprascripta potestas teneatur
facere bapniri publice per civitatem primo mense sui
regiminis ut predicta melius sciantur per civitatem et comitatum
Castelli. Quilibet possit accusare et denumptiare et habeat me-
dietatem banni et eius nomen teneatur in secreto.

De auxiliantibus malefactoribus et penis eorum

Item Statuimus et ordinamus quod nullus in Civitate vel
comitatu Castelli audeat vel presumat alicui malefactori
dare vel prestare auxilium consilium vel favorem ad aliquod
malum ~~commissum~~ in committendo vel post commissum malum
ad evadendum. Quod si contra factum fuerit talis puniatur in medietate
pene in qua incurreret puniendus talis malefactor. Si
non pro malo incurreret imponenda pena malefactori per

corporali, tunc prestans auxilium consilium vel favore puniatur
realiter et personaliter arbitrio potestatis et sindici maioris
vel sindicatus esset inspecta qualitate facti, loci, temporis et
conditione personarum. Salvo quod ubi prestans auxilium
consilium vel favore alicui forensi malefactori pre-
staret vel ut dictum est contra Civem vel contratensis [?] de
Civitate, quod tunc puniatur eadem pena, qua puniretur
talis malefactor forensis pro malo perpetrato.

Quod nullus intret vel exeat per civitatem nisi per
portam.

Item statuimus et ordinamus quod si quis intraverit portam
civitatis desubter vel desuper non aperta porta vel per
muros statuelis [?] vel aliunde quam per portas patenter
vel occulte condempnetur arbitrio domini potestatis et sindici
maioris inspecta qualitate persone et qualitati facti
exceptis minoribus .xiiii. annis.

De pena illius qui deiecerit aliquem de possessione

Item statuimus et ordinamus quod si quis eiecerit vel
deiecerit aliquam personam de possessione alicuius rei vel
aliquarum rerum mobilium vel inmobilium condempnetur
in viginti quinque libris denariorum et ad restitutionem possessionis.
Et nichilominus [?] quis turbaverit vel molestaverit aliquem posses-
sorem alicuius rei seminando vel aliter laborando
vel quocumque alio modo tenendo vel utendo per se vel

vel alium sine decreto judicis condempnetur curie in decem libris denariorum
et debeat obtinere in tali possessione qui probaverit an
tiquiorem possessionem, non obstante quod adversarius pro
baverit aliquem titulum iustum vel iniustum, et in utroque
casu turbato vel deiecto de possessione redditus et fru
ctus ex ea perceptos restituat sive apud eum sit ablata
possessio sive non sive alienaverit sive translataverit
sive non / et si non restituerit ipsam possessionem, fructus
perceptos eum exbapnitum faciat de Civitate Castelli et co
mitatu eiusdem, condempnando eum in decem libris denariorum pro
bapno curie / et ipsum exbapnitum teneat donec dictum bap
num solverit / et deiecto possessione turbata restituat
cum effectu cum fructibus perceptis exinde vel qui percipi
potuerant / et expensas ei faciat vel restituat et amole
stia ulterius cesset et abstineat / Et illa pena non
patiantur laboratores ipsius rei sed in hoc fruitur
conductio facta inter dominum et laboratores terrarum et habitatores
dominorum qui pena minime patiantur / et quicumque
laboraverit terram illam vel possessionem et postquam fuerit pro
hibitum solvat curie pro bapno / Centum solidos denariorum pro qualibet
vice / exceptis laboratoribus qui mictuntur ad prium
ad laborandum in Civitate vel comitatu Castelli / ~~Si
vero possessio alicuius rei~~

De pena illius qui inciserit fossatum pro terram conducentium

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis fossatum factum fuerit sive
fossatum vel factum est per quod terra vel clausura conducentium
deservatur vel terminus eius cadat ille cuius est fo
ssatum teneatur solvere curie pro bapno / Centum solidos denariorum,
et terminus in fossato ponatur et fossatum recumpleatur,
si hoc probatum fuerit per duos testes vel iuramentum illius

qui dedit dampnum substinuisset. Et hoc capitulum sit precisum et mutari non possit et officiales diffinitores fiant per eorum salarios soldos decem denariorum pro qualibet parte si fuit in civitate et extra per plurium miliare duos soldos denariorum pro quolibet die et qualibet parte.

Quod quilibet permictat suam accipere tenutam.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona vetat vel presumat vetare vel contradicere alicui balitori curie accipere tenutam vel acceptam aufferre dicto balitori et quicumque contra fecerit solvat curie pro banno soldos centum denariorum. Item si quis percusserit aliquem baiulum accipientem tenutam solvat duplum quam si percussisset alia persona que non esset baiulus. Item est additum quod non credatur relationi balitoris de predictis nisi probaverit cum uno teste dummodo testis non sit balitor.

De malefactoribus non puniendis in platea.

Item statuimus et ordinamus quod potestas non possit nec debeat iustitiare aliquem malefactorem curie de facto in platea communis vel infra muros civitatis et castelli, scilicet faciendo incidi capud vel membrum, excepto quod homines fugare possit ad catenam pedeonis et per ipsam plateam facere fugari. Item dicimus quod in die sabati nulla executio personalis possit fieri de aliquo cive vel comitatensi dicte civitatis et specialiter executione propter quam sequatur mors vel incisio membri, pena ipsi domino potestati ducentarum librarum denariorum.

De condempnationibus ratis habendis

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singule condempnationes
et exbapna que fierent et darentur in futurum contra aliquam
personam occasione alicuius malleficii vel excessus perpetrati per
testes vel confessionem vel contumaciam vel per contumaciam
exbapniti vel condempnati, sint firme et rate et firma
et rata valeat et teneat, et exequantur et exigantur
per commune per dominum potestatem. Et omnes et singulos condempnatos
et exbapnitos qui reperientur in libris condempnationum
dicti communis, et quod ipsi condempnati et exbapniti habeantur
pro veris legitime et rite condempnatis observatis in
dictis condempnationibus faciendis solempnitatibus in statutis
contentis. Et quod nulla defensio vel exceptio de iure
vel de facto audiatur recipiatur vel admictatur
contra dictas condempnationes et bapna per dominum potestatem vel
aliquem offitialem dicti communis, ad penam ducentarum librarum
denariorum, imponendam dicto domino potestati et cuilibet alio offitiali dicti
communis qui contra fecerit per sindicos debeat condempnari, sal-
vo et reservato beneficio appellationis. Et predicta locum
non habeant in condempnatis et exbapnitis, quorum condempnationes
et bapna per iudicem appellationum fuerint revocata. Et
predicta locum habeant ad futura tempora.

Quod nulla domus turris vel palatium destruatur in
civitate pro aliquo malleficio

Item statutum et ordinatum est quod ne ad hoc ne civitas defor-
metur minus, quod nulla domus, turris vel palatium
in civitate vel comitatu destruatur seu destrui debeat
per dominum potestatem vel aliquos eius offitiales aut aliquos
alios offitiales dicti communis pro aliquo malleficio condempnatione
executione dationis aut alia quacumque de causa seu

exequocumque delicto / non obstante aliquo statuto uel or
dinamento facto uel fiendo / sed tales domus palatia
siue turres pro comuni vendantur et uendi debeant / et si
de facto fuit repperiatur ipso facto quod est statuit iudicentur
electi dicti / Item additum est quod propter mallefitia uel excessus
uel aliquo alio uel alia quacumque de causa vinee non
incidantur nec arbores domestice / Et si contingeret
quod aliquis committeret aliquod mallefitium propter quod sua bona
venirent confiscanda et publicanda comuni et habeat aliqua
bona cum aliqua persona / quod ille talis cum quo haberet
bona comunia cogatur ad dividendum si bona comode
possent dividi / alias requiratur si uult emere pretium
confiscatum / et si nollet uel non posset emere tunc cogatur
pretium suum vendere dicto comuni et postea pro dicto comuni in
[illegible] vendatur. Et ad predicta facienda fiat sindicus
dicti comunis / Et quando contingeret dividere ~~vendere~~ dicta bona ille qui
haberet pretium in dictis bonis cogatur optionem dare
dicto sindico /

Quod capitanei capitantiarum et sindici castrorum
et villarum comitatus teneantur denumptiare malla /

Item statuimus et ordinamus pro bono et utilitate comunis
ne malla occultentur sed denumptientur curie domini
potestatis et non remaneant impunita / Quod omnes et
singuli capitanei capitantiarum civitatis castelli et sindici
dictorum castrorum et villarum comitatus eiusdem teneantur et debeant
bona fide sine fraude aliqua denumptiare curie domini
potestatis omnia et singula malla de quibus potest inquiri
que committentur in eorum capitantia uel capitaniis
uel sindicatibus infra tertiam diem postquam mallefitium fuit
commissum et de omnibus robariis percussionibus hominum vasta

mentis et incendijs. si vastatores et incendiarii sciri po
terunt, et siquis contra fecerit condempnetur per dominum potestatem in vigin
tiquinque libr. den. cuius sindicus castri vel ville et in
decem libr. den. cuius capitaneus capitantie sive solvendo
pro quolibet malleficio perpetrato et non denumptiato per eos ut
dictum est et plus et minus ad arbitrium domini potestatis in
specta qualitate facti loci et temporis et conditione personarum
Et hoc per civitatem in locis publicis consuetis publice
bapniatur, et quilibet civis et comitatinus castelli possit
accusare et denumptiare et habeat medietatem pene. Et nichil
ominus potestas ~~teneatur~~ possit teneatur et debeat inquirere
contra sindicos et capitaneos capitantie qui predicta omnia non
servaverit. Statuentes quod si aliqua villa fuerit a
quattuor focularibus infra, et voluerit se unire cum
aliqua villa sibi vicina eodem porte, possit se ad
iungere et unire, et quod dicta villa sibi vicina debeat
ipsam acceptare et in sermone recipere et unam simul
sindicum facere et sub eodem sindico respondere per
decem libr. den.

Quod perpetrantes mallia capiantur per homines comitatus

Item statuimus et ordinamus quod si contingeret in aliquo
castro vel villa perpetrari aliquod homicidium, robariam
vel furtum aliquam manifestam gravem vel enormem
quod homines ipsius castri vel ville teneantur malefactorem
eum capere et in fortiam domini potestatis et comunis mittere
puniendum infra tertiam diem postquam mallum perpetratum
fuit, quod si non fecerit et in ipso castro vel villa fuit
quinquaginta domus et abinde supra, potestas debeat homines
tales castri vel ville condempnare in centum libr. den. com.
et res ablatas restitui debeant derobato. Si autem
fuerit in dicto castro vel villa minus quinquaginta domibus

usque ad decem soluat pro bapno decem libr. den. et non plus
Si autem contingerit perpetrari in ipsis castris vel villis
aliquod malum cum armis et sanguine quod sit graue et non
ceperint malefactorem et non representauerint ut dictum
est tunc potestas eos condempnet in medietate penarum supra
dictarum cum dicta distinctione domorum sicut superius de
claratur in quolibet casu et numero. Et si fuit malum
cum armis et sine sanguinis effusione et non ceperint
malefactorem et dicto potestati non representauerint infra
tertiam diem ut dictum est in medietate minus supradictarum
penarum potestas ipsos homines condempnare debeat et teneatur
dicto statuto numero domorum ut superius declaratum
est exceptis minoribus quatuordecim annis et maioribus
septuaginta annis viduis et pupillis et orfanis et mi
serabilibus personis et absentibus cum absentia legitima
probata scilicet quod tempore dicti mali non erat in dicta terra
sed erat absentes ita quod dictum malum seu rumorem
ipsius audiret non potuerat nec trahere ad rumorem
ad capiendos dictos malefactores in quo casu excu
sentur a penis et bapnis supradictis dummodo persona pro
qua tali absenti contingerit dicta pena et bapna aliis
exgrauentur per ratam et eam partem soluere non teneantur
cogantur. Et si quis de alio castro vel villa esset
presens in quo vel in qua malum fieret teneatur et debeat
similiter ipsum malefactorem capere et ut dictum est
presentare sub pena quinquaginta sol. den. si fuit homi
cidium si non fuit malum cum sanguine triginta sol. den.
Et si rumor eleuatus fuit contra aliquod malum
perpetratum quod alii homines aliorum castrorum et villarum per
que vel quas malefactores aufugerent teneantur ad
rumorem trahere et malefactores persequi campanis

pulsatis et gradis elevatis persequendo malefactorem bona
fide sine fraude aliqua vere et non ficte usque ad confines
nostri districtus, facere quod malefactores seu malefacto
rem capiant et in fortia communis deducant et si quis contrafecerit
condempnetur per dominum potestatem in viginti sol. den. pro quolibet
dictorum locorum unde malefactor aufugerat / Cum vero
persecuti fuerint malefactores vel malefactorem vere
et bona fide causa capiendi eum si possit non fingendo
nec fraudem committendo et hoc probaverit, ~~et hoc~~ potestas ·/· teneatur
condempnet eos in dictis sol. den. et non plus. hoc tamen salvo
quod si malefactor venerit quandocumque ad manus potestatis
communis aut in condempnationem provincia teneat, homines contrate
eodem sint absoluti a penis supradictis Et predicta bapni
antur per Civitatem diebus sabati quolibet mense regiminis
potestatis ut melius sciatur.

De malefactoribus capiendis in Civitate.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquod homicidium
commissum fuerit in Civitate Castelli, quod ille vel illi qui
presentes fuerint teneantur elevare rumorem et persequi
et capere dictum homicidam et malefactorem et ipsum mi
ttere in fortia communis et domini potestatis in continenti commisso
dicto homicidio ad penam decem libr. den. pro quolibet contra
facientem. et si commissum fuerit aliquod maleficium cum san
guinis effusione teneantur presentes elevare rumorem
et persequi et capere dictum malefactorem et in fortia
communis mittere ad penam quadraginta sol. den.
pro quolibet contrafacientem, et ita intelligatur de hominibus
illius contrate per quam fugaverit dictus malefactor si
ex tali fuga rumor in dicta contrata fuerit Et quod ad predicta
non teneantur mulieres et minores quatuordecim
annis, et predicta non intelligantur vel locum habeant

tpre noctis in mallys ūō que comicterent in ciuitate
et non capientis malefactores sucit pena statute
in quibus casibus potestas possit inquirere contra non capi
entes comictentes malla in ciuitate. Item quod omnes
et singuli artifices Ciuitatis castelli exercentis eorum
artem in eorum apotecha dicte ciuitatis teneatur et debeat
habere et tenere grassios ex hostium dicte apotece vel
super dicto hostio ut pala indicant causa capiendi
malefactores quod dolose commissi vel propriam fugientis
quos capere possit sine pena et bapno, ad dictam
penam et quilibet qui caperet aliquem exbapnitum
vel malefactorem ea die vel sequenti debeat in forma
curis ducere quod si non fecerit puniatur arbitrio po
testatis.

De exbapnitis et aliis certis personis capiendis inpune.

Item ordinamus et dicimus quod omnibus sit licitum capere
exbapnitum et condempnatum pro mallo sive facientem
et robariam apostatam sive et quelibet facientem
aliquem qui fugerit et quelibet malum comictentem
sine pena et bapno. Item quod quilibet possit capere ex
bapnitum et condempnatum curie pro mallo et eos offe
dere sine pena et bapno et quod exbapniti et condempnati
in quingentis libris et ab inde supra possit inpune
offendi, dummodo non possit occidi nisi dicti exbap
niti essent condempnati pro delicto pro quo imponeretur pena
mortis. ab quingentis libris infra possint capi dum
modo non offendantur.

De terris exbapnitorum non laborandis

Dicimus et ordinamus quod terre exbapnitorum communis sive alicuius
eorum non possint vel debeant modo aliquo laborari sed
sodi remaneant penitus. Et nullus possit vel debeat eas
terras vel aliquam earum ocasione aliqua laborare vel la-
borare facere. Et si quis de civitate castris vel aliunde vel co-
mitatu laboraverit seu laborari fecerit terras seu vineas
alicuius exbapniti communis predicto excepto pro homicidio
condepnatus incidat in penam librarum decem pro bapno quolibet. Si
vero terras sive alicuius exbapniti pro homicidio condepnati
laboraverit in viginti quinque libris denariorum pro bapno et quotiens
deliquerit. Et quilibet possit accusare et denuptiare et habeat
medietatem bapni nisi predicta fierent cum licentia domini potestatis
et dominorum priorum populi et sindici maioris et hoc pronunptiatum
publice bapniatur in locis consuetis ut melius sciatur

De capitaneis et sindicis castrorum ad signent bona
exbapnitorum

Item statuimus et ordinamus quod capitanei capitaneatus dicte
civitatis et omnes sindici castrorum et villarum comitatus
dicte civitatis teneant et debeant ad requisitionem domini
potestatis et cuiuslibet alterius offitialis dicti communis adsignare in
scriptis omnia et singula bona et res omnium et singulorum
exbapnitorum et condepnatorum suarum capitaneatiarum et
castrorum et villarum dicti communis pena decem librarum denariorum cuilibet
capitaneo et sindico qui contrafecerit in predictis

De exbapnito qui ceperit alium exbapnitum

capiens in fortia dicti comunis

Item provisum et ordinatum est quod si aliquis exbapnitus
dicti comunis ceperit in effectu aliquem alium exbapnitum
dicti comunis in persona vel pro maleficio, quod talis exbapnitus
capiens alium exbapnitum in dictis bapnis debeat rebapniri
in quocumque bapno vel pro quocumque maleficio repertus ex
bapnitus. Et si cepit aliquem alium exbapnitum in pecunia
debeat rebapniri talis capiens exbapnitus capiens
alium exbapnitum in pecunia usque ad illam quantitatem in qua
esset exbapnitus ille qui cepit et abundet inforcia.

De capientibus vel apostantibus exbapnitos

Item statutum et ordinatum quod quicumque ceperit et in fortia
comunis duxerit aliquem exbapnitum in persona habeat de
pecunia dicti comunis centum libras denariorum. Si vero apostaverit
vel ordinaverit quod dictus exbapnitus caperetur per familiam
domini potestatis vel alterius officialis et fuit captus et in fortia
comunis ductus habeat dictus apostator vel ordinator de pecunia
dicti comunis quinquaginta libras denariorum. Si vero quis cepit aliquem
exbapnitum vel condempnatum a quingentis libris supra et in
fortia comunis duxit habeat de pecunia dicti comunis quinquaginta
libras denariorum. Si vero quis apostavit vel ordinavit ut dictus
exbapnitus caperetur et fuit captus et in fortia dicti comunis ductus
habeat viginti quinque libras denariorum de pecunia dicti comunis. Si vero
quis cepit et in fortia comunis duxit exbapnitum a quingentis
libris infra usque in centum libras habeat de pecunia dicti comunis
viginti quinque libras denariorum. Apostator vero vel ordinator habeat
duodecim libras denariorum. Si vero quis cepit vel apostavit aliquem
exbapnitum a centum libris infra et in fortia dicti comunis fuit

dictus habeat de pecunia dicti communis pro rata ut supra. Et prodita et publicata predictorum venditio sibi locum si dictus exbapnitus captus sua condempnatione solvit vel sua fuit executio contra eum

De exbapnitis communis capiendis et de pena illorum qui eos non caperent

Item provisum et ordinatum est quod si aliquis per comitatum dicte civitatis fugaverit aliquem exbapnitum dicti communis pro maleficio vel in persona, ex tali fuga rumor esset aut elevaretur per homines castrorum et villarum in quorum territorio predictus exbapnitus fugaretur, per homines castrorum et villarum in cuius territorio fugaretur teneantur et debeant trahere ad dictum rumorem et persequi et capere dictum exbapnitum et eum in fortia dicti communis ducere. Et si quis defecerit in eorum castro vel villa essent a quinquaginta focularibus supra, puniatur talis universitas castri vel ville in quinquaginta libris denariorum; et si essent a quinquaginta focularibus infra usque ad vigintiquinque, puniatur talis universitas in decem libris denariorum; et a decem focularibus infra, puniatur in centum solidis denariorum. Et si fuit exbapnitus in pecunia quingentarum librarum denariorum et abinde supra, puniatur talis universitas si qua esset a quinquaginta focularibus supra in vigintiquinque libris denariorum. Si esset a quinquaginta focularibus infra usque in decem, puniatur universitas in centum solidis denariorum, et a decem focularibus infra in quadraginta solidis denariorum. Et si fuit exbapnitus a quingentis libris denariorum infra, puniatur universitas a quinquaginta focularibus supra in decem libris denariorum, et ita procedatur condempnatur [illegible] de libra ad libram secundum focularium ut dictum est. Et si aliquis exbapnitus per

homicidio vel in persona qui fuit captus vel relaxaretur
et fugeret antequam veniret in fortia curie puniantur relaxa-
tores et illi qui ceperint eum cepissent eum in mille libris denariorum
Et si fuit exbannitus in pecunia in quingentis libris denariorum et
ab inde supra puniantur relaxatores et illi qui cepissent in
ducentis libris denariorum. Et si non fuit exbannitus a quinquaginta
libris denariorum infra puniantur in ea pena in qua reperiretur
talis exbannitus dum non modo non possit excedere
summam ducentarum librarum denariorum. Et ab inde infra. Et intelli-
gatur relaxatus exbannitus quandocumque exbannitus cor-
poris aufugerat antequam in fortia curie venit, et quod ad predicta
non teneantur mulieres minores quatuordecim annis.

¶ Quod ordinamenta predicta non habeant locum in exbannitis pro
debito.

Item provisum et ordinatum est quod predicta ordinamenta que
loquuntur de exbannitis non habeant locum nec obsistant
contra receptantes et non capientes exbannitos pro debito.

¶ Quod in predictis possit procedi et inquiri.

Item provisum et ordinatum est quod in omnibus supradictis casibus
et articulis ordinamentorum contra exbannitos de extrinsecis
loquentium et quolibet eorum potestas et sui curie possint procedere
per denuntiationem, accusationem et inquisitionem, et quos
culpabiles invenerit punire et condempnare omni via et
modo quibus ei videbitur in penis in dictis ordinamentis
contentis. Et contra quamlibet personam possit accusare et denuntiare
contra facientes et habeat quartam partem banni, et teneatur nomen

cedam stricto. Et quod a processibus gravaminibus bapnis et condempna-
tionibus contentis et exactionibus que fierent occasione dictorum
ordinamentorum vel alicuius eorum non possit appellari nec de
nullitate opponi, et si appellaretur vel opponeretur nullo
modo audiatur appellans vel opponens, non obstante aliquo
statuto quod in contrarium loqueretur.

Quod nullus vadat post tertium sonum campane.

Item statutum et ordinatum est quod post tertium sonum campane
que de sero pulsatur pro custodia civitatis quando so-
natur pro tertia vice pulsare debeat per campanarium
tantum, quod quilibet ad domum suam redire de platea que
per civitatis in qua est possit, et sonet tres [illegible]
sive retoccos post ipsum sonum et postea nullus vadat
per civitatem nec stet extra domum quousque pulsatur
campana de die, cum armis vel sine armis, si tali persone
prohibitum sit portare arma et quicumque contrafecerit solvat nomine
pro bapno quolibet vice [illegible] decem solidos denariorum, et nichilominus tota usque ad xl solidos arbitrio domini potestatis.
nocte detineatur in palatio, et sequenti die de mane bapni-
atur in palatio et platea communis, et habens arma que
prohibita sunt deferentes sunt nichilominus solvat pro
armis. Et hoc credatur cuilibet de familia domini potestatis
vel berruariis si cum ipsa familia miles sunt iudex
vel notarius alioquin credatur duobus dictorum custodi noctis in
eorum iuramento. Addimus quod quicumque civis de civitate bone
fame et conditionis et non suspectus sine aliqua pena et
bapno et ei liceat et possit ire cum lumine quam penam potestas
possit de facto auferre absque aliquo processu.

Quod nullus teneat hostium apertum.

Statuimus et ordinamus quod nullus post tertium sonum
campane que pro custodia civitatis pulsatur teneat
hostium sue domus apertum pena et banno quinque
solidorum den.

De ludentibus et ludum tenentibus et penis eorum

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat
in civitate vel comitatu Castelli in domo vel extra domum
ludere ad aliquem ludum taxillorum ad quem aliquid vincatur
vel perdatur vel vinci vel perdi possit modo aliquo preter-
quam ad scacchos nobilibus et ad tabulas in diebus (?) extra
... publicis in logiis apertis existentibus in vias publicas
et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum si ludet in domo vel alibi
occulte puniatur in viginti quinque libris den. si extra domum vel
in domo puniatur non occulte puniatur in decem libris den.
Et occulte intelligatur quis ludere quando de strata vel
via publica ludentes in domo vel alibi videri non possit a transeuntibus
Et quod nullus stet ad videndum den. ludum taxillorum
vetitum pena stantis ad videndum in domo vel alibi occulte centum
solidorum den. et si extra domum vel in domo non occulte quadra-
ginta solidorum den. pro predictis et qualibet vice. Et quod dominus potestas
vel aliquis officialis sive eorum familiaris non possit
nec audeat ad aliquem ludum ludere cum aliquo cive
vel comitatensi dicte civitatis, et qui contrafecerit condempnetur
pro quolibet et qualibet vice in viginti quinque libris den. Et quod
nullus audeat vel presumat ad aliquem ludum
vetitum vel non vetitum ludere prope aliquam portam
dicte civitatis que moretur apta [illegible] dicte domos propriores
nec ad ipsas portas nec extra prope per decem cannas pena
pro predictis et qualibet vice ultra penam ludi dicti solidorum den. ...

37v

qd nullus audeat ul psumat ludere ad ludum galiessorum
ul prolorum ul piastrellarum vel ad aliquem ludum ad quem
denarii possint perdi ul vinci in Civitate ul comitatu pena
p viginti s. den. pro quolibet et qualibet vice, Salvo qd ad ludum
piastrellarum possit extra portas dicte Civitatis ludi vinum
ul res comestibiles tantum. Item qd nullus dicte Civitatis
ul comitatus ul aliunde audeat ul psumat recipere
ul tenere aliquem ludum vetitum taxillorum in domo propria
ul conducta ul alibi pena quinquaginta lib. den. pro
quolibet et qualibet vice, Item qd nullus tabernarius ul
tabernaria ul aliqua alia persona vinum vendens
audeat ul psumat in Civitate ul comitatu castellis
retinere in taberna ul prope tabernam ludum aliquem
tabularum pena Centum s. den. pro quolibet et qualibet
vice, Statuentes qd si aliquis fuerit inventus in
aliquo loco publico ul privato habere ul tenere aliquod
tabulerium aptum ad ludendum cum taxillis ul denarios
in tabulerio ul in manibus qd psumatur ludere et
tales ludentes possint puniri et condepnari, Et qd de
predictis et quolibet predictorum dnus potestas et quilibet alius
officialis dicti comunis possit inquirere et de facto pro-
cedere absque aliquo processu, et stetur et credatur de
predictis et quolibet predictorum relationi unius ex familiaribus
potestatis iuratis si vidisse aliquem ul aliquos contra
facere in predictis et eius dictum habeatur pro plena et legitima
probatione, Item qd si aliquis inventus fuerit post tertium
sonum Campane in aliqua taberna hostio clauso qd
dicitur talis psumat ludere ad ludum taxillorum et tamquam
ludens in penis in statutis contentis debeat condepnari
Et quilibet possit accusare et denumptiare contra facientes
in predictis et quolibet predictorum et habeat tertiam partem
banni, exceptis familiaribus dni potestatis ul aliorum officialium
dicti comunis qui nullam partem habeant de dictis penis

et coram qd posuerit seu miserit in ludo taxillos falsos plumbatos ul
stricchos ultra penam ludi ul sciente in dicto taxillo luserit ultra penam ludi puniatur in vigintiquinque lib. den. et nichilominus ad restituendum ei quod lucratus fuerit teneatur

p

Statuentes quod ab inquisitionibus processibus preceptis bapni-
mentis condempnationibus gravaminibus exactionibus quibuscumque que ex
vigore et auctoritate predictorum vel aliquorum capitulorum de ludo baque-
tis non possit ab aliquo appellari nec de nullitate dici
et si appellaretur vel opponeretur nullo modo audiatur appellans
vel opponens. Et teneatur dominus potestas singulis duobus mensibus
sui regiminis facere bapniri publice per dictam civitatem.

De garminatoribus et cialmatoribus et penis eorum.

Item statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque condictionis
existat audeat vel presumat in civitate vel comitatu ca-
stelli ludere ad ludum garminelle pena decem solidorum
pro quolibet et qualibet vice dicte libre denariorum, quam penam dominus
potestas et alii officiales dicti communis de facto accipere teneantur predicto
communi et quartam partem habeat dicte pene. Et quod nullus cuius-
cumque condictionis existat audeat vel presumat publice
et palam facere in dicta civitate vel comitatu cialmaria
seu cum scopis tenaca brunecclis vel anulis ad dictam penam
decem librarum denariorum. Quam dominus potestas vel officiales qui eam
devenire fecerint in comuni habeat partem.

Quod nullus civis vel forensis intromictat se de
questionibus alicuius ecclesie.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona civis vel forensis
audeat vel presumat se intromictere directe vel indirecte in fa-
vore vel preiudicium alicuius ecclesie civitatis castelli vel
comitatus vacantis vel non vacantis cum rectore prelato
vel sine de qua esset lis vel questio aliqua inter laycos
vel clericos aut inter laycos tantum aut inter clericos tantum

38v

nore et occasione alicuius electionis vel confirmationis vel po
ssessionis vel proprietatis alicuius ecclesie vel corporis ipsius vel
alia quacumque de causa si ipse vel aliquis de predictis incurri posset
in predictis. Et qui contrafecerit in predictis si fuerit miles sive
eques solvat nomine pro banno centum libras denariorum. Si vero fuerit
pedes condempnetur in quinquaginta libras denariorum. Excipimus a
predictis parochianos et patronos et omnem aliam personam cui
ius eligendi vel confirmandi competeret in tali ecclesia et
ad ministratores rectores et prelatos ecclesiarum supradictarum. Et de
predictis omnibus potestas possit procedere inquirere et punire
et appellari non possit et si appellaverit non audiatur
appellans.

Quod nullus intret equester aliquam ecclesiam vel faciat
molestiam aliquam dominabus vel bigordet vel armegiet

Item statuimus et ordinamus quod nullus de civitate vel comitatu vel
aliunde audeat vel presumat vel certe equester intrare aliquam
ecclesiam civitatis et castelli causa bigordandi nec alia
de causa et maxime quando divinum officium celebratur
et quicumque contrafecerit solvat nomine pro banno decem libras denariorum sine
remissione. Idem intelligitur de claustris fratrum et locorum
fratrum quando fierent predicationes. Nec vadat aliquis
quando domine vadunt ad predicationes et a predicatoribus
revertuntur vel ad nuptias sive ad aliquas congrega
tiones circa dominas voltaren sive currere equester circa
impediendo et turbando sub dicta pena. Item dicimus quod
nulla mulier debeat intrare nec morari inter cancellos
alicuius ecclesie civitatis et castelli et maxime quando divina
officia celebrantur pena et banno viginti solidorum denariorum. Pro
qualibet et qualibet vice qua contrafecerit et quilibet possit accusare
et denuntiare et habeat medietatem banni et teneatur in credencia

in stricto et predicta clapmari per civitatem publice quolibet
mense et specialiter in curia Sancti Floriani et tubatores teneantur
nullo iuramenti teneantur de nuptiare contrafacientes. Et
quod nullus possit bigordare vel armigiare in civitate
vel civitate Castelli quando aliqua domina transduxit ad
maritum nec antea vel postea per octo dies, nec aliqua
alia causa cum banderiis nisi causa militie pena quin-
quaginta librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice et quilibet
possit accusare et habeat medietatem banni, et potestas teneatur
et possit inquisitionem facere de predictis.

De pena balistrantis palloctantis sive prechantis.

Item statuimus et ordinamus quod nullus maior vel minor palloctet
vel balistret ad tectum palatii vel domum sive ad
curiam vel ad aliud locum vel ad aucas mansuetas ci-
vitatis Castelli vel eius districtus, nec ad mergundunes vel
capones. Item quod nullus combolet vel prohiciat la-
pides cum combolis per civitatem nisi ut pro pena balistra-
tam et qui contrafecerit solvat nomine pro banno centum solidos denariorum
pro qualibet vice quilibet et quotiens contrafecerit et quilibet possit
accusare et denumptiare et habeat medietatem banni et teneatur
eius nomen in stricto et hoc potestas banniri faciat per
civitatem Castelli omni mense sui regiminis. Item quod nulla
persona parva vel magna faciat bataliam aliquam
de lapidibus de terra nec herba cum combolis sive fun-
dibola sive garonis vel baculis aut alio modo
in civitate vel comitatu Castelli nec in locis ubi fiunt predi-
cationes et qui contrafecerit solvat nomine pro banno quadra-
ginta solidos denariorum. Et predicta locum habeant in maioribus et mino-
ribus quattuordecim annis. Si vero essent maiores quattuor-
decim annis et proiceret lapides vel terram super homines

qui starent ad predicationes inducendo, turbando et rixam
in dictis locis faciendo condempnetur in centum solidis denariorum. Et
fuit publice bapnitum tempore domini mess(er) ragmus potestatis.

De pena capientis columbas vel occidentis

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque condictionis
existat audeat vel presumat in civitate vel comitatu castelli
capere columbas aliquas domesticas vel de columbario
aliquo modo vel ingenio et qui contrafecerit solvat pro
bapno centum solidos denariorum pro qualibet columba et quotiens contrafecerit
et credatur sacramento dicti columbarium usque in quantitate
centum solidorum denariorum. Et quod nullus possit audeat vel presumat
balistrare vel sagittare vel lapides aliquo modo proicere
ad columbarium alienum pena decem librarum denariorum pro qualibet et
qualibet vice. Item quod nullus audeat vel presumat retinere
in dicta civitate vel comitatu in domo sua propria vel conducta
aliquem palumbum vel palumbam tensum pena quadra
ginta solidorum denariorum pro quolibet pro columbo vel columba tensa et
qualibet vice. Item quod nullus tendat aioli vel pugella
vel aliquam aliam rete cum quibus capet aliquam colu
bam domesticam vel de columbario. Et quicumque cum
aliquo dicto genere retium ceperit aliquam columbam do
mesticam vel de columbario condempnetur in viginti quinque
librarum denariorum. Item quod nullus possit vendere vel emere ali
quam columbam domesticam vel de columbario mortuam
pena viginti solidorum denariorum pro qualibet. Item dicimus et ordina
mus quod nullus possit vel audeat de nocte elevare
columbas et pipiolas existentes in pollario albareti
alieni nec accipere predictas columbas in pollario existentes
balistrare sine licentia domini ipsius albareti nec facere
fumum vel ignem in aliquo pollario sive albareto vel
prope nec ipsi pollario aliquam lesionem inferre pena decem
librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et quilibet possit accusare
et denumptiare et habeat medietatem bapni et eius nomen teneatur

in stricto et sufficiat in quolibet supradictorum casuum dictum unius testis cum sacramento accusantis vel denuntiantis. Insuper dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat balistrare, pallottare vel proicere ad aliquam columbam in dicta civitate vel extra vel ad aliquam hirundinem in dicta civitate nec nidum hirundinum destruere ad domum alicuius pena quadraginta solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice.

Quod nulla persona dissolvet cuppum seu cupputum apium.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona destruat, auferat vel dissolvet aliquod cuppum seu cupputum apium sine licentia domini pena viginti quinque librarum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit si predicta probata fuerit per testes, confessione vel commiatia [illegible]. Si vero per testes, confessionem vel commiatia [illegible] non probaretur stetur iuramento accusantis et tunc condempnetur in centum solidis denariorum sine aliqua probatione.

Quod nulli sit licitum bactere ad quarclas cum spica, [illegible] vel bledo, vel piscare cum tragnella.

Item quod nulla persona de civitate predicta vel aliunde possit vel debeat battere ad quarclas vel stacias cum qualecio [illegible] cum bledo in comitatu civitatis predicte prope dictam civitatem vel intra quattuor miliaria sub pena et banno quadraginta solidorum denariorum pro qualibet vice. Et hoc capitulum pro civitate publice bapniatur. Et quod liceat cuilibet invenienti accipere bledum, stacias et quarclas predicta sine pena et banno huius statuti. Item quod nullus debeat nec possit piscare cum tragnella in flumine tiberis pena et banno cui auferri de facto de rebus licet [illegible] quibus [illegible] invenientes et quibus possit accusare et denuntiare et habeat medietatem banni

Quod burgenses non venant venatum in districtum Castelli.

Item ordinamus quod nullus burgensis audeat vel presumat
venire venatum vel aucellandum nec ad piscandum in co
mitatu Civitatis Castelli, nec aliquis lignarius nec
bolamolus ad faciendum ligna vel cerbam, et siquis se
defenderet possit offendi dummodo eum non offendat
cum armis vel occidat, et qui contrafecerit et inventus fuerit
contra predicta, canes et retes et alias predas et quilibet possit auferre
sine pena, Et teneatur potestas fieri facere custodes in
curia Silicis et in curia Castilionis Sancti Justini, qui
predicta debeant custodire. Siquis autem contrafecerit ultra pe
nas in presenti statuto contentas condempnetur pro qualibet
vice in decem libr. den. et perdat canes et retes et alia Et
quilibet possit accusare contrafacientes et habeat medietatem banni
et credatur de hoc iuramento denumptiatoris cum uno teste
bone fame

Quod burgenses non possint emere aliquam rem in
mobilem in comitatu Civitatis Castelli.

Item statuimus et ordinamus quod nullus burgensis vel de
eius comitatu possit in comitatu Civitatis Castelli accipere
aliquam rem inmobilem per venditionem donationem
inter vivos vel permutationem, et si contra facta fuerit ipsa
venditio donatio et permutatio sit cassa et vana ipso iure
et nullius efficacie vel valoris, et nichilominus co
dempnetur tam vendens quam emens in quinquaginta libr. den.
pro quolibet et qualibet vice et res talis deveniat in
comune et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem
banni, et teneatur et debeat dominus potestas inquirere procedere
super predictis et culpabiles repertos punire ut supra dictum
est, quod si negligens fuerit in centum libr. den. pro eius sindicatu

condempnetur. Et predicta non vendicet sibi locum in burgensibus qui fuerint effecti cives dicte civitatis castrorum et habitantibus continue in dicta civitate vel comitatu.

De tentura guadi

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat tenturam guadi vel guadum postmodum proicere nec proici facere, nec aquam que exhibetur de tentura in aliqua parte civitatis, sed extra extra civitatem deferatur, ita quod in civitate videri seu sentiri non possit. Et si quis contrafecerit condempnetur in centum solidis denariorum pro qualibet vice, et quilibet possit accusare et denuntiare, et teneatur accusator in secreto, et habeat medietatem banni, et condempnatores. Salvo quod tentores possint proicere in scaturbio de appotecis tentarie, dummodo ab appoteca in scaturbium vadat coperta.

Ubi galigarii vel scarnatores operari debeant tale opus.

Ad putredinem evitandam statuimus quod nullus galigarius seu scarnator coriorum vel similes artifices ex quorum arte putredo in vicinia generatur audeat aut possit pena centum solidorum denariorum ipsa coria scarnare in aliqua vicinia vel iuxta domos in civitate, sed debeat id operari ad aream inferiorem scaturbii, cum ibi vel ubi nunc tabula fuit ita ex camino sterrore ~~fuit causa examina~~ quod operarentur predicta residentibus et transeuntibus fetor intollerabilis oriatur. Et quod nullus coquat corcamina seu coria cum sepo sed cum grassia predicta in pena et faciens predictum qualibet vice centum solidorum denariorum.

C De pena facientium artem fastidiosam

Item Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Civitate vel aliunde audeat vel presumat facere aliqua arte in civitate castelli unde fastidium vel aliquid turpe possit esse in civitate et specialiter candelas de sepo, cordas vel piloctas de sepo vel aliquid aliud pertinens ad dictam artem et si quis contrafecerit condempnetur in centum solidis denariorum pro qualibet vice et quilibet possit accusare et habeat medietatem banni et eius nomen teneatur in secreto, non obstante aliquo statuto vel ordinamento quod loqueretur in contrarium, et pena observetur ad relationem vicinorum

C De calcinariis remplendis

Statuimus quod nulla persona teneat nec tenere presumat aliquod calcinarium ubi moratur coria nec pelles nec alia que fetorem possint reddere rationabiliter circa domum suam teneat ipsum remplere et qui contrafecerit solvat vice qualibet pro quolibet solidos decem denariorum et quilibet possit accusare et denuntiare et habeat medietatem banni

C Quod mulier male fame expelli debeat de contrata ad petitionem vicinorum

Item Statuimus et ordinamus quod dominus potestas et quilibet alius offitialis dicte Civitatis teneatur et debeat vinculo iuramenti et ad penam vigintiquinque librarum denariorum expellere et expelli facere qualibet mulierem male conditionis et fame ad petitionem decem vel quatuor vicinorum, et quod sit male conditionis et fame possit probari per quatuor testes fidedignos vicinos seu alios deponentes de publica fama communiter

¶ Quod magistri lapidum et lignaminum non recusent
eorum servitium

Item statuimus et ordinamus, quod quilibet magister forensis la-
pidum et lignaminum possit venire ad laborandum
in civitate castelli, et si magistri civitatis vel aliqui eorum
recusaverint cum forensibus laborare, recusantes condempnentur
in centum solidis den. pro qualibet vice quotiens contrafecerint. Item quod dicti
magistri teneantur et debeant ad petitionem cuiuslibet dare et pre-
stare cuilibet petenti pro iusto et convenienti pretio et mercede
et non debeant aliquo modo recusare petentem seu petentes
eorum servitium pena et banno quadraginta solidorum den. pro qualibet
vice, nisi iustam et rationabilem excusationem, quam teneantur
suo iuramento probare, et quod dicti magistri diebus sabati vel aliis
diebus, quibus perfirma eorum brevis, teneantur opere debere ela-
borare ad sonum vesperorum debeant habere solum ~~duas~~ tres
partes mercedis illius diei et non plus. Item quod si dicti
magistri vel alii laboratores non possint intrare hora
congrua in laborerium vel impedirentur aliqua hora diei
laborare propter casum aliquem qui accideret sine culpa et
defectu illius qui laboraret, quod computetur de mercede
diurna pro rata temporis quo in illa die laborare cessavit.
Item quod nullus magister cogatur ad eorum breve iurare
nisi sponte vellet et capitula omnia eorum brevium que pro-
hibent quod non debeant laborare forenses civitatis et quod non
accipiant ad rescisum opera hominum civitatis sint cassa et
irrita et nullius valoris

¶ ~~De pastillis carnis vel~~ fiuas
¶ De ponderatione et mensura carnis et pastillis iustis vendendis

Item dicimus statuimus et ord. quod nulla persona in Civitate
vel Comitatu Castelli debeat (vendentes) vendere nec emere ponde-
rare vel mesurare aliquid cum canis passittis mesuris
belancis vel stateris non iustis vel non sigillatis sigillo
civitatis et qui contrafecerit solvat de facto pro qualibet et qualibet
centum solidos denariorum. Et nullus audeat vel presumat tenere
dictas mesuras vel pondera non iustas vel non sigillatas
in aliqua apotecha vel banco et qui contrafecerit solvat
de facto centum solidos denariorum. Et si reperirentur aliqua pondera
vel mesure non iuste, que essent sigillate seu sigillata
condempnetur talis retinens in pena predicta, et ille qui
sigillavit dictas mesuras non iustas vel pondera
non iusta condempnetur in viginti quinque libris denariorum. Statuentes
quod omnes et singuli vendentes ad pondus teneantur
vendere cum iustis et ponderibus sigillatis cum belancis et
non cum stateris parvis, salvo quod a viginti quinque libris
supra possit ponderari cum statera magna communis et qui
contrafecerit solvat centum solidos denariorum pro qualibet vice. Et quod
omnes et singuli macellarii, bentivolaroli(?) et alii qui
consueti sunt emere et vendere ad pondus stateree
ad rationem quinquaginta libras unciarum pro qualibet qua
terna teneant et debeant vendere ad pondus belan-
ciarum carnes et alias res quas vendunt ad minutum
vendere ad pondus belanciarum quod pondus sit ad
rationem [illegible] ad quod emunt ipsi in dictis libris pon-
deris, alias non supra possint vendere cum statera re-
cta et legali. Spetiarii vero et alii vendentes ad
pondus belanciarum debeant tenere belancias aplicatas(?)
et non apodiatas, et quod belancia in qua ponitur
pondus debeat distare ab alia per unum palmum ad dictam
penam centum solidorum. Salvo quod si apodiata retinuerit
sit belancia apodiata in qua ponitur pondus in-
ferior. Et quilibet vendens ad pondus vel ad mesuram

[Margin:] Si ~~aliquis~~ vendens ~~et~~ venditio seu emptio

[Margin:] quod omnes et singuli qui non debeant iustis ponderibus et mensuris pro pena pro qualibet et qualibet vice XX solidos

debeat dare, facere iustum pondus vel mensuram et qui contra fecerit in quadraginta solidis vice qualibet puniatur. Et teneatur dominus potestas quolibet mense sui regiminis per suum notarium facere deprehendi per apotecas inquirere et repertos culpabiles de suo pondere in pena supradicta et credat relatori dicti notarii et possit quilibet accusare, habeat medietatem banni.

7 De pena aurificum non facientium operam ad iustam ligam.

Item statuimus et ordinamus quod pro meliori comunis Civitatis Castelli et publica utilitate hominum dicti comunis quod aurifices civitatis Castelli laborent laborare debeant argentum ad ligam nove [illegible] et omnes aurifices tam cives quam forenses laborantes in dicta Civitate laborent et laborare teneantur argentum lige predicte, et qui contrafecerit solvat pro banno vigintiquinque libras denariorum et quilibet possit accusare, denuntiare et et habeat medietatem banni, et teneatur nomen denuntiantis in secreto et probetur per unum testem bone fame cum iuramento accusantis. Et quod potestas teneatur quolibet mense sui regiminis rimari facere de predictis pena quinquaginta librarum denariorum de suo salario comuni applicanda.

8 Quod nullus committat fraudem in candelis

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat dolum vel fraudem committere in candelis vel torticiis de cera, et qui contrafecerit condempnetur in vigintiquinque libris denariorum et privetur officio vendendi toto tempore vite sue. Item quod nullus mictat in dictis candelis duplerijs vel torticiis predictis papirum de arca nec de bambace veteri vel mortuariis si papirum faciat mictere de bambace novo et qui contrafecerit condempnetur in centum libris denariorum

pquolibz & qualz vice / Salvo qd in cintis de varia inquibz
mictere possint papiru de ama et dics potes sup qd
dictis quolz mesz inquirat mictendo sum note ad requisitis
p apotecas ad note relationi credatur / et repertos
culpabiles condempnat sin processu in penis supradictis et nulli
liceat de predictis appellare nec audiat appellans et si potes
negligens fuit in predictis inquirendis qualz vice dicti potestas
vos condepnetur /

Quod nullus laboret diebus dominicis vel festivis /

9 Item statuimus & ordinamus qd nulla persona audeat vel presumat
laborare vel laborari facere diebus veneris sancti diebus
dominicis / diebus festivitatum beate marie virginis / diebus
festivitatum sanctorum floridi et amantii, et sanctorum apostolorum
omnium, sancti dominici, sancti Augustini, sancti fortunati
sancti petri martiris nec aptam teneat aliqua apotecam
seu cameram causa vendendi aliquid, seu emendi in grossum
vel ad minutum et qui contrafecerit solvat vi pro banno, quaque
vice et quotiens contrafecerit, et cuilibet sit licitum accusare et
habeat medietatem banni / exceptis apotecis spetiariis
qui vendunt spetie vel unguenta qui possint earum
cameras aperire et apertas tenere, vendere omnibus
emere volentibus sine pena, banno / Salvo qd si aliqua
predictarum festivitatum veneret in die sabati / aut tempore
annualis, qd liceat omnibus cameras apertas tenere emere
et vendere sine pena, banno dummodo non laboret
Item qd omnibus ferratoribus liceat ferrare equos cavallari
, stipendiariorum, aliorum forensium et teneantur, debeant fer
rare dictis diebus dominicis, festivis aliquo capitulo vel or
dinamento in contrarium non obstante penam, banno supradicto p
dictum, et liceat ipsis ferratoribus ob hanc causam retinere /

44r

cameras apertas. Item quod nullus barbitonsor possit nec
debeat diebus dominicis nec etiam diebus beate marie virginis
et apostolorum sanctorum confessorum Florenti et Amati radere aliquam
personam pena et banno viginti solidorum. Item quod molendinarii
non debeat molendinare aliquam personam pena et banno vi-
ginti solidorum diebus dominicis et pascalibus. Item quod quando
accideret quod aliqua ex dictis festivitatibus veniret die
sabbati quod ea die barbitonsores possit radere et
apothecas eorum tenere apertas dum tamen honeste hoc
faciat. Item quod quilibet mercator aurifex possit in dictis
diebus festivitatum tenere sportellos eorum apothecarum apertos
et vendere dum modo non laboret. Salvo quod in diebus
dominicalibus et pascalibus non possit ullo modo sportellos
tenere apertos. Item quod nulla persona de civitate vel extra
vel aliunde possit vel debeat someggiare cum animalibus
vel salmas in civitate mittere vel extra someggiare
ad penam quadraginta solidorum pro quolibet contrafaciente et
qualibet vice et quilibet possit accusare contrafacientes et habeat
medietatem banni et teneatur nomen eius in secreto. Et hoc
intelligatur in animalibus que cum salmis mercantiarum
venerint in civitate vel transierint. Salvo quod id quod de
someggiando dictum est intelligatur locum habere in diebus infra
scriptis. In pascate nativitatis domini, Resurrectionis, pente-
costes. In festo omnium sanctorum et corporis Christi, die veneris
sancti. In festo sancti Florenti, die ascensionis, festivitatibus
beate marie virginis et omnium apostolorum. Salvo quod de
mense Junii, Augusti et Septembris et Octobris quilibet
possit someggiare in dictis diebus festivitatum predictis. Et
custodes portarum non permittant tales someggiantes in-
trare per civitatem, et per civitatem portare bannum.

Quod laboratores non exportent stercora de campis

44v

Item quod quicumque terram alicuius laboraverit teneatur non metere
nec meti facere nec triturare vel ferre bladum ad aream portare
scilicet bladum maturum et non maturum sine licentia domini, nisi
primo dominus ipsius terre a quo receperit requiratur vel nun-
tius eius et faciat quando voluerit fieri predicta quod ille vadat
et ille adsit seu mittat videre quando predicta fient et
quid sit de predictis si vellet interesse et si laborator contra
predicta fecerit solvat ei pro dampno centum solidos denariorum quotiens contra
predicta fecerit. Idem dicimus observandum in laboratoribus vinearum
tempore vindemiarum et sub dicto dampno et quod non possit accipere
vel colligere uvas acerbas vel maturas sine licentia domini
pena viginti solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Item teneatur
laborator reddere redditum in campo si domino placuerit
et teneantur laboratores partiarii saltim una vice
mondare sive sarchiare bladas seminatas per eos
et si non fecerit possit dominus facere sarchiari et labora-
tores teneantur domino incontinenti ad eius petitionem restituere
expensas quas fecerit occasione predicta sine libelli
oblatione. Item quod quilibet laborator partiarius vel fictu-
arius teneatur per totum mensem septembris cuiuslibet anni
deferre ad domum domini eius potere laborat vel eius fictu
debitum deferre fructus et redditum quos sibi deferre tenetur
et si non fecerit vel dictum est condempnetur in decem libris denariorum
et ultra condempnetur in dampnum, si quod dampnum incurreret occasione
predicta. Item quod quilibet laborator predictus teneatur domino facere
instrumentum conductionis cum eius pactis de quibus fuerint
in concordia dominus et laborator et si non fecerit infra mensem
a die requisitionis domini, quod dictus laborator contrafaciens
condempnetur in decem libris denariorum   , solvendum pro medietate
   et pro alia medietate accusatori et cuilibet sit licitum
accusare et teneatur eius nomen in secreto. Et quod omnes bestie
et animalia que predicti laboratores habent seu tenent super
terras et poteriis que laborat ipso iure presumatur esse et
presumi debeant fuisse et esse domini eius sive domini terre sive